V B J C
C.R. BIBLIOTHECA
UNIV. JAGELL.
CRACOVIENSIS

10370

I | Mag. St. Dr | P

Ex Bibliotheca Aca-
demiæ Regalis.

V
B J
C
10370

XXIV. 6. 9

XIV. 1. 49.

EUTROPII
BREVIARIUM HISTORIÆ
ROMANÆ:

ſuppletum, & ad obitum uſque
Theodoſii M. continuatum.

TOMUS I.



Fr. Weidlich

VARSAVIÆ
MDCCLXXXI.

1772.

in Typographia Suæ Reg. Maj.
Corp. Cadet.

Antoni Heydlich

10 złot

BIBLIOTHECA
VNIV. IAGELL.
CRACOVIENSIS

LIBER I.
ab Urbe condita, ad reſtitutam uſque per Camillum.

Complectens ſpatium annorum 365;
ab anno urbis Conditæ 1. uſque ad 365,
ante Chriſtum Natum ab 753 uſque ad 389.

Anno U. C. | a.C.N.

I. ROmanum imperium, quo neque ab exordio ullum fere minus, neque incrementis toto orbe amplius humana poteſt memoria recordari, a Romulo exordium habet; qui Veſtalis virginis, Rheæ Sylviæ, & (quantum putatus eſt) Martis filius, cum Remo fratre uno partu editus eſt. Is cum inter paſtores latrocinaretur: octodecim an- 754
nos natus urbem exiguam in Palatino monte conſtituit; XI. Kal. Maji, Olympiadis ſextæ anno tertio, poſt Trojæ excidium (ut, qui plurimum minimumque, tradunt) trecenteſimo nonageſimo quarto.

II. Condita civitate, quam ex
nomine ſuo Romam vocavit, hæc fe- 1 ſqq 753 ſqq
re egit. Multitudinem finitimorum in civitatem recepit; aſylo etiam aperto, quo ex finitimis populis tur-

Anno U. C.	a.C.N.

ba omnis, ſine diſcrimine, liber an ſervus eſſet, confugit. Centum ex ſenioribus legit, quorum conſilio omnia ageret; quos Senatores nominavit propter ſenectutem, & Patres ab honore. Tunc cum uxores ipſe & populus non haberent; ac finitimi connubia per legatos ab ipſis petita ſpreviſſent: invitavit ad ſpectacula ludorum vicinas urbi nationes, atque earum virgines rapuit. Commotis bellis propter raptarum injuriam: Cæninenſes vicit, Antemnates, Cruſtuminos, Sabinos, Fidenates, Vejentes; quæ omnia oppida urbem cingunt. Et cum orta ſubito tempeſtate non comparuiſſet,
37 717 anno regni XXXVII; ad deos transiiſſe creditus, conſecratus eſt.

Dein Romæ per quinos dies Senatores imperaverunt; & his regnantibus annus unus completus eſt.

39 715 III. Poſtea Numa Pompilius rex creatus eſt: qui bellum nullum quidem geſſit; ſed non minus civitati, quam Romulus, profuit. Nam & leges Romanis moreſque conſtituit, qui conſuetudine proeliorum jam la-

Anno U. C. | a.C.N.

latrones ac femibarbari putabantur; & annum defcripfit in duodecim menfes, prius fine aliqua computatione confufum; & plurima Romæ facra ac templa conftituit. Morbo deceffit, XLIII. imperii anno. 81 | 673

IV. Huic fucceffit Tullus Hoftilius. 82 | 672 Hic bella reparavit; & militarem difciplinam artemque bellandi reftituit vel condidit. Albanos vicit, qui ab urbe Roma XII. milliario abfunt: Vejentes & Fidenates, quorum hi VI. milliario abfunt ab urbe, illi XVIII, bello fuperavit. Urbem ampliavit, adjecto Cœlio monte, in quem cives Albæ juffu fuo dirutæ transtulit. Cum XXXII. annis regnaffet; fulmine 114 | 640 ictus cum domo fua arfit.

V. Poft hunc Ancus Marcius, 114 | 640 Numæ ex filia nepos, fufcepit imperium. Contra Latinos, imperium Romanum detrectantes, dimicavit; Aventinum montem civitati adjecit, & Janiculum; Oftiam fupra mare in ore Tiberis condidit: XXIV. imperii anno morbo periit. 137 | 617

VI Deinde regnum Prifcus Tar- 138 | 616

Anno

U. C. | a.C.N.

quinius accepit. Hic numerum Senatorum auxit: Circum Romæ ædificavit; Ludos Romanos inſtituit. Jdem Latinos ſubegit; vicit etiam Sabinos, & non parum agrorum, ſublatum iiſdem, urbis Romæ territorio adjunxit; primusque poſt Etruſcos debellatos ſollemniter triumphans urbem intravit. Muros fecit & cloacas; Capitolium inchoavit.
175 579 XXXVIII. imperii anno occiſus eſt percuſſoribus immiſſis per Anci filios, regis ejus, cui ipſe ſucceſſerat.

176 578 VII. Poſt hunc Servius Tullius ſuſcepit imperium, genitus ex nobili fœmina, captiva tamen & ancilla. Hic quoque Etruſcos ſubegit & ter de illis triumphavit. Montes tres, Quirinalem, Viminalem, Eſquilinum, urbi adjunxit; foſſas circa murum duxit. Primus omnium cenſum ordinavit, qui adhuc per orbem terrarum incognitus erat. Sub eo Roma, omnibus in cenſum delatis, habuit capitum LXXXIV millia civium Romanorum, cum his qui in agris erant. Occiſus eſt
220 534 XLV. imperii anno, ſcelere generi

ſui

Anno U. C. | a.C.N.

ſui Tarquinii, filii nepotiſve ejus
regis, cui ipſe ſucceſſerat, & filiæ
ſuæ Tulliæ, quam Tarquinius ha-
bebat uxorem.

VIII. Lucius Tarquinius ſu- 220 534
perbus, ſeptimus atque ultimus re-
gum, Sabinos vicit, & Volſcos, quæ
gens ad Campaniam euntibus non
longe ab urbe eſt; Gabios, oppidum
Latii, & Sueſſam Pometiam Vol-
ſcorum ſubegit; pacem cum Æquo-
rum gente fecit; fœdus cum Tuſcis
renovavit; & templum Jovi in Ca-
pitolio ædificavit. Poſtea Ardeam
oppugnans, in XVIII. milliario ab
urbe poſitam civitatem Rutulo-
rum, imperium perdidit. Nam 244 510
cum filius ejus, Sextus Tarquinius,
nobiliſſimam fœminam Lucretiam
eandemque pudiciſſimam, Tarqui-
nii Collatini uxorem, ſtupraſſet;
eaque de injuria marito, & patri, &
amicis queſta fuiſſet: in omnium
conſpectu ſe occidit. Propter quam
cauſam Brutus, parens Sp. Lucre-
tius, & ipſe Collatinus populum
concitarunt; & Tarquinio ademe-
runt imperium. Mox exercitus

Anno U. C. | a. C. N.

quoque, qui civitatem Ardeam cum ipſo rege oppugnabat, eum reliquit; veniensque ad urbem rex portis clauſis exceptus eſt; cumque imperaſſet annis XXV, cum uxore & liberis ſuis Cære in Etruſcos fugit.

Ita regnatum eſt Romæ per ſeptem reges annis CCXLIV; cum adhuc Roma, ubi plurimum, vix uſque ad quintum decimum milliarium poſſideret.

IX. Hinc Conſules cœpere pro uno Rege duo hac cauſa creari; ut, ſi unus malus eſſet, alter eum, habens poteſtatem ſimilem, coërceret: & placuit, ne imperium longius quam annuum haberent; ne per diuturnitatem poteſtatis inſolentiores redderentur, ſed civiles ſemper eſſent, qui ſe poſt annum ſcirent futuros eſſe privatos. Fuerunt igitur
245 | 509 anno primo, expulſis regibus, Conſules L. Junius Brutus, qui maxime egerat ut Tarquinius pelleretur, & L. Tarquinius Collatinus, maritus Lucretiæ. Sed Tarquinio Collatino mox ſublata dignitas eſt:

pla-

Anno	
U. C.	a.C.N.
245	509

placuit enim, ne quiſquam in urbe maneret, qui Tarquinius vocaretur. Qui accepto omni patrimonio ſuo ex urbe migravit; & loco ipſius factus eſt P. Valerius Publicola Conſul.

X. Commovit tamen bellum urbi rex Tarquinius, qui fuerat expulſus; & collectis variis gentibus, Tarquinienſibus præſertim ac Vejentibus, ut in regnum poſſet reſtitui, dimicavit. In prima pugna Brutus, Conſul, & Aruns, Tarquinii filius, invicem ſe occiderunt: Romani tamen ex ea pugna victores receſſerunt. Brutum Romanæ matronæ, defenſorem pudicitiæ ſuæ, quaſi communem patrem, per annum luxerunt. Valerius Publicola Sp. Lucretium Tricipitinum Collegam ſibi fecit, Lucretiæ patrem; quo mortuo, iterum M. Horatium Pulvillum Collegam ſibi ſumſit. Ita primus annus quinque Coſules habuit: cum Tarquinius Collatinus urbe ceſſiſſet propter nomen; Brutus prœlio periiſſet; Sp. Lucretius morbo mortuus eſſet.

Anno
U. C. | a.C.N.

XI. Tertio quoque anno iterum Tarquinius, ut reciperetur in re-
247 507 gnum, bellum Romanis intulit; auxilium ferente Larte Porſenna, Cluſii rege: & Romam pene cepit. Verum tum quoque irritus diſceſ-
248 506 ſit. Quarto anno poſt reges exa-ctos, Tarquinius (cum ſuſcipi non poſſet in regnum, neque ei Porſenna, qui pacem cumRomanis fecerat, auxilium præſtaret) Tuſculum ſe contulit, quæ civitas non longe ab urbe eſt; atque ibi privatus cum uxore conſenuit.

249 505 Quinto anno poſt reges exactos,
ſqq ſqq cum Sabini Romanis bellum intuliſſent; quater, totidem annis continuis, victi ſunt; totidemque de iis eſt triumphatum. Tandem debel-
252 502 lati a Sp. Caſſio Viſcellino Conſule; pacem annona, ſtipendio, & parte agri redemerunt.

251 503 Septimo anno P. Valerius, ille Bruti Collega, & quater Conſul creatus, fataliter mortus eſt; adeo pauper, ut collatis a populo nummis ſumtum habuerit ſepulturæ: quem matronæ, ſicut Butum, annum luxerunt.

XII.

Anno U. C. a.C.N.

XII. Duodecimo anno poſt reges exactos, cum gener Tarquinii,
Octavius Mamilius Tuſculanus, 256 498
ad injuriam ſoceri vindicandam
ingentem ex Latinis collegiſſet
exercitum; domi autem plebs, ære
alieno oppreſſa, delectui nomina dare
recuſaret: nova Romæ dignitas
eſt creata, quæ Dictatura appellatur,
major quam Conſulatus. Eodem
tempore etiam Magiſter equitum
factus eſt, qui Dictatori obſequeretur.
Dictator autem Romæ
primus fuit T. Lartius Flavus;
Magiſter equitum primus, Sp. Caſſius
Viſcellinus. Latini, apparatibus
Lartii Dictatoris territi (vel,
ut alii tradunt, prœlio victi) de pace
egerunt. Induciæ annuæ datæ.
Quibus elapſis, bellum majori impetu
exarſit. Ad quod gerendum 258 496
A. Poſtumius Albus Dictator, T.
Aebutius Magiſter equitum creati.
Dimicatum acerrime & diu vario
Marte fuit ad lacum Regillum in
agro Tuſculano. Tandem acies
Latinorum fuſa, & caſtra capta; duces,
Mamilius, & Titus ac Sex-

tus-

Anno U. C. | a.C.N.

tus Tarquinii, in prœlio occiſi. Rex Tarquinius Cumas ſe ad Ariſtodemum tyrannum contulit; ibique proximo anno, exilii decimo
259 | 495 quarto, mortuus eſt. Latini pacem & fœdus petierunt. Illa data: hoc primo negatum; nec niſi trien-
261 | 493 nio poſt, explorata in bello adverſus Volſcos fide, conceſſum.

260 | 494 XIII. Sexto decimo anno poſt reges exactos, ſeditionem populus Romæ fecit; tanquam a Senatu atque Conſulibus, æris præſertim alieni occaſione, premeretur: & in ſacrum montem ſeceſſit trans Anienem amnem, tria ab urbe millia paſſuum. Concordia reſtituta per Me-
261 | 493 nenium Agrippam. Tum & populus ipſe ſibi Tribunos plebis, quaſi proprios magiſtratus & defenſores, creavit; quorum interceſſione contra Senatum & Conſules tutus eſſe poſſet.

259 | 495 XIV. Eodem tempore Volſci
ſqq | ſqq contra Romanos bellum reparaverunt: ſed victi acie ab A. Poſtumio
261 | 493 Cominio, II. Conſule, etiam Longulam, Poluſcam & Coriolos oppida perdiderunt.

XV.

Anno U. C. | a.C.N.

XV. Nonodecimo anno poſt eje-
ctos reges, ob impotens in plebem
odium expulſus ex urbe C. Marti- 263 | 491
us, qui in exercitu Poſtumii Con-
ſulis militans Coriolos ceperat,
Volſcorum civitatem; ad ipſos
Volſcos contendit iratus, & auxilia
contra Romanos accepit: Romanos 264 | 490
ſæpe vicit: uſque ad quintum mil- ſq | ſq
liarium urbis acceſſit; oppugnatu- 266 | 488
rus etiam patriam ſuam, legatis qui
pacem petebant repudiatis; niſi ad
eum mater Veturia & uxor Volu-
mnia ex urbe veniſſent, quarum fle-
tu & deprecatione ſuperatus remo-
vit exercitum. Atque hic ſecundus
poſt Tarquinium fuit, qui dux con-
tra patriam ſuam eſſet.

XVI. Bellum Vejens recruduit 269 | 485
anno poſt reges exactos vigeſimo
quinto. Cum & diſcordia domi ob
leges agrarias; & alia bella præſen-
tia inſtarent ab Aequis, Volſciſque,
& Sabinis ſemper infeſtis: Cæſone
Fabio Vibulano III, T. Virginio 275 | 479
Tricoſto Conſulibus, trecenti nobi-
les homines, qui ex familia Fabia
erant, cum clientibus ſuis bellum

con-

Anno
U.C. a.C.N. contra Vejentes ſoli ſuſceperunt;
promittentes Senatui & populo,
per ſe omne certamen implendum.
Itaque profecti, omnes nobiles, &
qui magnorum exercituum duces
eſſe debebant, cum bene rem ali-
quamdiu geſſiſſent, inſidiis ad Cre-
meram amnem circumventi in prœ-
277 477 lio conciderunt: unus omnino ſu-
perfuit ex tanta familia, qui pro-
pter ætatem puerilem duci non po-
tuerat ad pugnam. T. quoque Me-
nenius Lanatus Conſul adverſus
Tuſcos, victoria de Fabiis elatos,
male pugnavit: & Janiculum hoſtes
occupavere, ac bellum ipſis inſtitit
moenibus; obſesſaque urbs foret,
niſi C. Horatius Pulvillus Conſul
propere cum exercitu ex Volſcis
278 476 adfuiſſet. Capti deinde a Conſu-
libus A. Virginio, Sp. Servilio, ea-
dem arte ſunt Vejentes, qua circum-
venerant Fabios; & Janiculo atroci
279 475 pugna ejecti. Inſequenti etiam anno
P. Valerius Publicola Conſul Tuſ-
cos & Sabinos ad moenia Vejorum
cecidit. Tum Vejentibus induciæ
280 474 in annos XL. petentibus datæ, fru-
mento

Anno

mento ſtipendioque imperato; & U. C. a.C.N.
ſic bellum compoſitum, quod duraverat annis undecim.

XVII. Aequi aſſiduis fere bellis 260 494
Romanos exagitabant inde ab anno urbis conditæ CCLX, poſt reges exactos decimo ſexto. A quibus
cum in Algido monte, ab urbe XII. 296 458
ferme milliario, Romanus obſideretur exercitus cum L. Minucio Augurino Conſule: L. Quinctius Cincinnatus Dictator eſt factus; qui agrum quatuor jugerum poſſidens manibus ſuis colebat. Is cum in opere & arans eſſet inventus: ſudore abſterſo, togam prætextam accepit; & cæſis hoſtibus, liberavit exercitum.

XVIII. Anno CCCIII. ab urbe 303 451
condita imperium conſulare ceſſavit; & legum ſcribendarum cauſſa pro duobus Conſulibus decem facti ſunt, qui ſummam poteſtatem haberent, Decemviri nominati. Sed cum primo anno bene egiſſent: ſecundo tyrannidem affectare cœperunt; tertioque unus ex iis, Appius Claudius, Virginii cujuſdam, 305 449

qui

Anno U. C. | a.C.N.

qui honeſtis jam ſtipendiis contra Aequos in Algido monte militabat, filiam virginem corrumpere voluit: quam pater occidit, ne ſtuprum a Decemviro ſuſtineret; & regreſſus ad milites tumultum movit. Sublata eſt Decemviris poteſtas, ipſique damnati ſunt: Conſulatus & libertas reſtituta. Novi Conſules, L. Valerius Potitus, M. Horatius Barbatus, bene alter adverſus Aequos & Volſcos, hic adverſus Sabinos, pugnarunt.

310 | 444 XIX. Anno urbis conditæ CCCX dignitates iterum mutatæ ſunt; & pro Conſulibus facti Tribuni militares Conſulari poteſtate.

316 | 438 Deinde Fidenates contra Romanos rebellarunt. Auxilium præſtabant his Vejentes, & rex Vejentium Tolumnius. Quæ ambæ civitates tam vicinæ urbi ſunt, ut Fidenæ VI, Vejentes XVIII. milliario abſint. Conjunxerunt ſe his & Faliſci. Sed Mamerco Aemilio
317 | 437 Dictatore, & L. Quintio Cincinnato Magiſtro equitum, prope Fidenas victi, etiam regem perdiderunt.

runt.

	Anno U. C.	a. C. N.
runt. Idem Mamercus Aemilius, tertium Dictator, cum Magiſtro equitum A. Cornelio Coſſo, unde-	328	426
cennio poſt Vejentes & Fidenates rurſus magna cum ſtrage prope Fidenas fudit. Fidenæ captæ & exciſæ. Vejentibus induciæ datæ.	329	425
XX. Poſt XX. inde annos Ve-	349	405
jentani rebellaverunt. Dictator poſtremo contra ipſos miſſus eſt M.	358	396
Furius Camillus: qui primum ſocios eorum acie vicit; mox etiam civitatem, quæ jam in decimum annum obſidebatur, cepit, antiquiſſimam Italiæ ditiſſimamque. Poſt eam cepit & Faliſcos, non minus	360	394
nobilem civitatem. Sed commota eſt ei invidia, quaſi prædam Vejentem male diviſiſſet: damnatus-	363	391
que ob eam cauſſam mulcta, ſponte in exilium abiit.		
XXI. Statim Galli Senones ad	364	390
urbem venerunt; & victos Romanos XI. milliario a Roma apud flumen Alliam ſecuti, etiam urbem occuparunt: neque defendi quicquam niſi Capitolium potuit. Quod cum ſeptem circiter menſibus obſediſ-		

Anno U. C.	Anno a.C.N.
365	389

ſediſſent, & jam Romani fame laborarent: a Camillo, qui in vicina civitate Ardea exulabat, ſuperventum eſt agmini Gallorum, agros circumjacentes populanti; graviſſimeque victi ſunt. Tunc revocatum de exilio Camillum abſentem Romani Dictatorem crearunt. Jnterim cum fames obſeſſos pariter atque obſidentes urgeret; Galli, accepto auro ne Capitolium obſiderent, receſſerunt. Sed ſecutus eos Camillus ita cecidit; ut & aurum quod ipſis datum fuerat, & omnia quæ ceperant militaria ſigna revocaret. Ita ſecundum triumphans urbem ingreſſus eſt; & appellatus ſecundus Romulus, quaſi & ipſe patriæ conditor.

ab Urbe reſtituta per Camillum, ad finem uſque primi belli Punici:

Complectens ſpatium Annorum 148;
ab Anno Urbis conditæ 366 uſque ad 513,
& ante Chriſtum Natum ab 388 uſque ad 241.

Anno U. C. | a. C. N.

I. POſt urbem reſtitutam acrius
etiam vehementiusque po-
pulus Romanus in finitimos de no-
vo inſurrexit. Sequenti ſtatim an- 366 | 388
no Camillus, tertium Dictator, Vol-
ſcos vicit, & Aequos, atque Etru-
ſcos; ac deletis eorum exercitibus,
in urbem triumphans rediit, trium
ſimul bellorum victor. Necdum
tamen iidem hoſtes ab armis quie-
vere. Quin & Latini, qui per cen-
tum fere annos in fide populi Ro-
mani ſteterant, clam primo, dein 369 | 385
palam Volſcis ſe adjunxerunt. Præ- ſqq | ſqq
neſtini etiam, mutuam Romanorum
diſcordiam occaſionem rei bene ge- 375 | 379
rendæ rati, uſque ad urbis Romæ
portas bello venerunt. Quos T.
Qnintius Cincinnatus Dictator per-
ſecutus ad flumen Alliam vicit; ci-
vitates, quæ ſub ipſis agebant, Ro-

Anno
U. C. a. C. N. manis adiunxit; ipſum Præneſte ag-
greſſus in deditionem accepit: quæ
omnia ab ipſo geſta ſunt viginti di-
ebus; triumphusque ipſi decretus.
378 376 Triennio poſt Volſci Antiates, no-
vis fracti ſtragibus, in deditionem
venerunt. Latini, gravem eodem
anno cladem ad Tuſculum per-
peſſi, non tamen niſi octodecim an-
396 358 nis poſt ad officium redierunt.
II. Jnterim dignitas Tribuno-
378 376 rum militarium conſulari poteſta-
te ultra non placuit: & Tribuni ple-
bis, C. Licinius Stolo, L. Sexti-
— us, popoſcere, ut Conſulatu reſtitu-
379 375 to, alter ex plebe Conſul crearetur.
ſqq ſqq Hinc graves per decennium rixæ:
& quadriennium ita in urbe fluxit,
383 371 ut magiſtratus ibi majores non eſ-
ſqq ſqq ſent. Reſumſerunt tamen Tribu-
ni militares Conſulari poteſtate
dignitatem; & quadriennio adhuc
perſeverarunt. Ad famam dein
387 367 Gallici belli M. Camillus Dictator
quintum dictus: qui, Gallis in agro
Albano profligatis, diſcordias etiam
inteſtinas ſedavit; effecitque, ut
concederetur ab nobilitate plebi de
Con-

Anno U. C. | a.C.N.

Consule plebejo, a plebe nobilitati
de Prætore, qui jus in urbe diceret,
creando. Inde ergo Consules rursus
facti, & alter quidem de plebe.

III. L. Genucio, Q. Servilio 389 365
Ahala Consulibus, mortuus est M.
Furius Camillus. Honor ei secundus
post Romulum delatus. Postea
T. Quintius Pennus Dictator
adversus Gallos missus est. Hi ab 393 361
urbe quarto milliario trans Anienem
fluvium consederant. Nobilissimus
juvenis T. Manlius, tum Tribunus
legionis, provocantem Gallum
ad singulare certamen congressus
occidit; & sublato torque
aureo, colloque suo imposito, in
perpetuum Torquati sibi & posteris
cognomen accepit. Galli proxima
nocte, relictis trepide castris,
discesserunt. Triennio post iidem
per C. Sulpicium Peticum Dictatorem 396 358
circa Pedum victi sunt.

Non multo post a C. Marcio Rutilo 398 356
Dictatore Tusci, qui bella reparaverant,
victi sunt; octo millia
captivorum ex his in triumphum
ducti. Dein T. Quintius Pennus 400 354

Anno U. C.	a.C.N.	
		Consul acerbe in Tarquinienses sævit, multis in acie cæsis & captis.
403	351	Tandem triennio post, cum ambo Consules profecti ad bellum Etruscum, T. Quintius Cincinnatus Faliscum agrum, C. Sulpicius Peticus Tarquiniensem, urendo populandoque vastassent: victa utriusque populi pertinacia est, ut primum a Consulibus, dein permissu eorum a Senatu inducias peterent. In XL. annos impetrarunt.
405	349	IV. Anno CCCCV. ab urbe condita, cum Latini, qui brevi ante (anno U.C. 396.) subacti fuerant, iterum milites præstare nollent; ex Romanis tantum tirones lecti sunt, factæque legiones decem, qui modus quadraginta & amplius armatorum millia efficiebat: parvis adhuc Romanis rebus, tanta tamen in re militari virtus erat. Quæ cum profectæ in agrum Pomptinum essent adversus Gallos duce L. Furio Camillo Consule, M. Camilli filio (vel, juxta alios, nepote): quidam ex Gallis unum e Romanis, qui esset optimus, provocavit. Tum se

M.

Anno U. C. | a.C.N.

M. Valerius, Tribunus militum, obtulit: & cum proceſſiſſet armatus, corvus ei ſuper dextrum brachium ſediſſe traditur: mox commiſſa adverſus Gallum pugna, idem corvus alis & unguibus Galli oculos verberaſſe, ne rectum poſſet aſpicere; ita ut Gallus a tribuno Valerio interfectus, corvuſque non ſolum victoriam ei ſed etiam nomen dederit. Nam poſtea idem Corvus eſt dictus. Ac propter hoc meritum, annorum trium viginti Conſul eſt factus. L. Camillus Conſul, proelio poſt Valerii victoriam commiſſo, Gallos profligavit.

V. Majus inde bellum in CXXX 411 | 343
ferme milliario ab urbe adverſus Samnites motum, qui medii ſunt inter Picenum, Campaniam & Apuliam; gentem opibus armiſque validam. Campani fuere cauſſa belli; qui infeliciter cum Samnitibus congreſſi, ut auxilium ab Romanis impetrarent, ſe ſuaque in ditionem Senatus & populi Romani dedidere. Ambo Conſules, M. Valerius Corvus III, A. Cornelius Coſſus Arvi-

Anno U. C. | a.C.N.

na, prospere cum Samnitibus pugnarunt; Valerius in Campania primum ad Gaurum montem, dein ad Suessulam; Cornelius in Samnio. Cladibus his & vastatione agrorum
413 341 fracti Samnites pacem biennio post petiere.

VI. Eodem tempore Latini, qui noluerant milites dare, hoc quoque a Romanis exigere cœperunt, ut unus Consul ex eorum, alter ex Ro-
414 340 manorum populo crearetur. Quod cum esset negatum; bellum contra eos susceptum est. Ad quod missi T. Manlius Torquatus III, P. Decius Mus Consules, tam severo illud imperio administrarunt, ut Manlius filium victorem, quod contra edictum Consulum extra ordinem in hostem pugnaverat, capite damnaret. Proelio dein haud procul radicibus Vesuvii montis, qua via ad Veserim ferebat, conserto: Decius se pro exercitu Romano diis manibus devovit; & Manlius internecina hostes clade delevit. Latini aliis adhuc ingentibus pugnis superati; tandem, una cum Volscis & Campanis,

Anno U. C. | a.C.N.

nis, qui se ipsis socii adjunxerant,
perdomiti fuere a Consulibus L. Fu-
rio Camillo II, C. Mænio; quibus 416 338
statuæ ob meritum victoriæ in foro
positæ sunt.

VII. Anno post primum bellum 428 326
compositum decimo quinto, Samni-
tes rebellarunt. L. Papirius Cur-
sor cum honore Dictatoris ad id bel- 429 325
lum profectus est. Qui cum Ro-
mam redisset ad auspicium repeten-
dum, quia incerto profectus nuncia-
batur; Q. Fabio Maximo, Magistro
equitum, quem apud exercitum re-
liquit, præcepit, ne se absente pu-
gnaret. Hic occasione reperta fe-
licissime dimicavit, & Samnites de-
levit. Ob quam rem a Dictatore
capitis damnatus, quod se vetante
pugnasset; ingenti favore militum
& populi liberatus est. Ipse dein 430 324
Dictator insignem de Samnitibus
victoriam reportavit. Postea vero
Samnites (duce C. Pontio, Heren-
nii filio) Romanos (T. Veturio
Calvino II, Sp. Postumio Albino 433 321
II. Consulibus) ingenti dedecore
ad furculas Caudinas vicerunt, &

Anno	
U. C.	a. C. N.

sub jugum miserunt. Pax autem a
Senatu & populo soluta est, quæ cum
ipsis propter necessitatem facta a
Consulibus fuerat: vindictaque con-
434 320 tumeliæ mandata L. Papirio Cur-
sori II, Q. Publilio Philoni III.
Consulibus; qui eam gravibus hosti-
um cladibus, ad Luceriam præser-
tim Apuliæ oppidum, ulti sunt.
436 318 Dein induciæ biennii datæ Samni-
tibus; & Apulia perdomita fuit.

438 316 VIII. Induciis elapsis, recrudu-
it bellum Samniticum; & per duo-
decim annos multis atrocibus prœ-
liis, interdum ancipiti Marte, ple-
rumque Romanis secundo, gestum
est. Clara inter alias fuit Dictato-
445 309 ris L. Papirii Cursoris ad Longu-
lam victoria, quam de sacrato Sa-
mnitium exercitu & novis quoque
armorum insignibus fulgente repor-
tavit. Nec impunia fuere auxilia,
quæ populi complures finitimi Sa-
mnitibus clam palamve missita-
440 314 runt. Ausonum gens, vix certo de-
fectionis crimine, deleta. Hernici
448 306 ad deditionem compulsi. Nomen
450 304 Aequorum prope ad internecionem
de-

Anno U. C. | a.C.N.

deletum. Quorum clades exemplo fuit, ut Marrucini, Marsi, Peligni, Frentani mitterent Romam orato- 450 | 304
res pacis petendæ amicitiæque. Iis populis fœdus petentibus datum. Samnitibus ipsis suppliciter agentibus fœdus antiquum redditum.

Eo tempore Appius Claudius 442 | 312
Censor aquam Claudiam in urbem sqq | sqq
duxit; & viam Appiam a porta Capena Capuam usque stravit.

IX. Anno ab urbe condita 443 | 311
CCCCXLIII, tertii belli Samnitici sexto, cum tempus induciarum novissimarum (vid. II, 3.) exiisset, omnes Etruriæ populi præter Aretinos ad arma iverunt; & ab oppugnando rursus Sutrio, quæ urbs socia Romanis velut claustra Etruriæ erat, ingens orsi bellum in annos fere XXXII. continuos. Q. Fabius 444 | 310
Maximus II. Consul, profligatos ad Sutrium Etruscos secutus, silvam Ciminiam transiit, tum inviam atque horridam; & viam Romano bello in intimam Etruriam fecit. Tum Etruscis & Umbris aliquoties acie victis, Etruscorum exercitum lege

sa-

Anno	
U. C.	a.C.N.

ſacrata coactum prœlio diu ancipiti
ad Vadimonis lacum cecidit; & ad
445 309 Peruſiam uſque progreſſus, facili
victoria oppido ipſo potitus eſt.

X. Dum bellum Etruſcum, bre-
vibus aliquot induciis iiſque pa-
rum fidis interruptum, continuatur:
455 299 Picentes primum, qui recens ſocios
ſe Romanis adjunxerant, Samnites
arma & rebellionem ſpectare, ſeque
ab illis ſollicitatos eſſe nunciarunt;
456 298 dein oratores Lucanorum Romam
venerunt queſtum: quia conditioni-
bus pellicere ſe nequiverint ad ſo-
cietatem armorum, Samnites infe-
ſto exercitu ingreſſos fines ſuos va-
ſtare, belloque ad bellum cogere;
orare Patres, ut & Lucanos in fidem
accipiant, & vim atque injuriam ab
ſe Samnitium arceant. Benigne
reſponſum Lucanis, ictumque fœ-
dus: Samnitibus bellum indictum.
Samnites, varias iterum perpeſſi
clades, exercitu in Etruriam miſſo,
458 296 arma cum Etruſcis, Umbris & Gal-
lis Senonibus conjunxerunt. Q. Fa-
bius Maximus V, P. Decius Mus
459 298 IV. Conſules (Proprætoribus Cn.
Ful-

Anno U. C. | a.C.N.

Fulvio, L. Postumio, fines Etrusco-
rum & Umbrorum depopulari jussis)
in agro Sentinate cum Samnitibus
& Gallis acie conflixerunt. Deci-
us se exemplo patris devovit; Fabi-
us internecina hostes clade afflixit.
Biennio post Cosul L. Papirius Cur- 461 | 293
sor filius exercitum Samnitium,
eodem conatu apparatuque insigni-
um armorum, quo olim ad Longu-
lam, instructum, atroci ad Aquiloni-
am prœlio profligavit. Proximo
tamen anno Samnites Consulem Q. 462 | 292
Fabium Maximum filium vicerunt,
tribus millibus Romanorum occi-
sis. Postea autem, cum pater ei
Legatus ivisset, & Samnites vicit,
& multa eorum oppida cepit. Tan-
dem P. Cornelius Rufinus, Manius 464 | 290
Curius Dentatus Consules ambo
contra Samnites missi, pluribus
prœliis populationibusque agro-
rum & ruinis urbium eos confece-
runt; & ad pacem ac fœdus peten-
dum compulerunt. Qua occasione
Curius Consul legatis Samnitium
aurum offerentibus, cum ipse rapa
in foco torreret: malo, inquit, hæc

in

Anno
U. C. a.C.N. in meis fictilibus eſſe, & aurum
habentibus imperare.
464 290 Idem Sabinos, qui armata manu
Romani juris loca invaſerant, vaſta-
tione agrorum cladibusque variis
debellavit: ſicque duplicem eodem
anno, unum de Samnitibus, alterum
de Sabinis, triumphum egit.
XI. Cum plures jam Etruriæ ci-
460 294 vitates, quas inter Volſinii, Peru-
ſqq ſqq ſia, Aretium, in deditionem Roma-
nam veniſſent; aliæ adhuc in armis
eſſent: Galli Senones aliquamdiu
tantum juventute ſua mercede con-
ducta Etruſcos adjuverunt; dein au-
470 284 tem majori cum manu Etruriam in-
greſſi, Aretium oppugnarunt; mul-
tiſque Tuſcis ſibi adjunctis, L. Cæ-
cilium Metellum Conſulem ce-
ciderunt. Quam cladem mox ul-
tus Manius Curius Dentatus Pro-
Conſul, raptim per agrum Sabinum
& Picenum ducto exercitu, fines
Senonum longe lateque vaſtavit.
Galli, cognito patriæ excidio, Ro-
mam tendere ab Aretio conſtitue-
471 283 runt. Obvium autem nacti Cn. Do-
mitium Conſulem, ingenti cum

Anno U.C. | a.C.N.

ſtrage victi ſunt. Pauci ad Bojos,
vicinam & conſanguineam gentem,
fugerunt. Quos pariter & Etru- 471 | 283
ſcos cum gravitate cladium ſuarum
& parium calamitatum metu conci-
taſſent; ad Lacum Vadimonis P.
Cornelius Dolabella Conſul atroci
eos pugna delevit; qua magnus E-
truſcorum numerus cæſus, Boji per-
pauci effugerunt, & Senonum omne
fere nomen periit. Tandem tri-
ennio poſt Tib. Corruncanius Con- 474 | 280
ſul univerſam Etruriam perpacavit.

XII. Interim Tarentini, qui
jam alias invidum infeſtumque er-
ga Romanos animum oſtenderant,
Samnites, Lucanos & Bruttios ad
arma adverſus Romanos ſocianda 472 | 282
impulerunt, Thurioſque urbem op-
pugnandam, quam Lucanorum inju-
riæ jam triennio ante ad fidem Ro- 469 | 285
manam confugere coëgerant. Lu-
cani tunc victi a Manio Curio Den-
tato Proconſule. Nunc trium ſi- 472 | 282
mul populorum ad Thurios caſtra
C. Fabricius Luſcinus Conſul ador-
tus, magna cum ſtrage hoſtium ex-
pugnavit.

Anno U. C.	a. C. N.

Brevi post Tarentini navibus Romanis, littori suo forte advectis,
472 282 vim intulerunt; & Thurios aggressi, urbem in potestatem reductam diripuerunt. Legati inde Roma Tarentum missi, questum injurias, & res repetitum. Quorum & oratio petulantissimis ludibriis excepta, & personæ ipsæ fœditate indigna vio-
473 281 latæ. Bellum itaque Tarentinis indictum: & L. Aemilius Barbula Consul, copiis illorum profligatis & in urbem fugere compulsis, agrum eorum late vastavit.

XIII. Tarentini Pyrrhum Epiri regem contra Romanos auxilio poposcerunt, qui ex genere Achillis originem trahebat. Is mox ad Italiam venit; tumque primum Romani cum transmarino hoste di-
474 280 micaverunt. Missus est contra eum Consul P. Valerius Lævinus: qui cum exploratores Pyrrhi cepisset, jussit eos per castra duci, ostendi omnem exercitum, tumque dimitti; ut renunciarent Pyrrho, quæcunque a Romanis agerentur. Commissa mox pugna ad Sirim, Lucaniæ amnem,

Anno U. C.	Anno a.C.N.
474	280

mnem, Pandoſiam inter & Heracleam urbes: cum jam Pyrrhi exercitus ad fugam inclinaret; elephantorum auxilio vicit, quos incognitos Romani expaverunt. Pyrrhus Romanos mille octingentos cepit, eoſque ſummo honore habuit; occiſos (ad quindecim millia) ſepelivit. Quos cum adverſis vulneribus & truci vultu etiam mortuos jacere vidiſſet; tuliſſe ad coelum manus dicitur, cum hac voce: ſe totius orbis dominum eſſe potuiſſe, ſi tales ſibi milites contigiſſent. Ex victoribus tredecim millia interiiſſe traduntur. Quare Pyrrhus, ſi iterum ſic vicerit, ſine milite ſe reverſurum in Epirum, dixiſſe fertur.

XIV. Dein Pyrrhus, junctis ſibi Samnitibus, Lucanis, Bruttiiſque, in Campaniam contendit. Lævinus, collectis in Apulia exercitus diſperſi reliquiis, & duabus legionibus Roma in ſupplementum miſſis auctus, Capuam feſtinanter exercitu ducto, urbem hanc ſervavit. Pyrrhus, Neapolin flexo itinere, & ibi quoque ſpe ſua fruſtratus, ad Ro-

mam

Anno	
U. C.	a.C.N.
474	280

mam ipſam magnis itineribus contendit; atque ad Præneſte venit, milliario ab urbe octavo decimo. Sed cum urbem præſidiis ſuis tutam; duoſque conſulares exercitus, alterum Tib. Corruncanii (qui rebus bene in Etruria geſtis ad tutelam patriæ cum exercitu victore accurrebat) a fronte, alterum Lævini a tergo ſibi imminere comperiſſet; Etruſcos etiam ad arma revocare fruſtra tentaſſet: in Campaniam ſe recepit; indeque, novi cum Lævino prœlii fortunam experiri non auſus, Tarentum.

XV. Legati ad Pyrrhum de redimendis captivis miſſi, honorifice ab eo ſuſcepti ſunt: ducentos ex captivis ſine pretio reſtituit; ceteris poteſtatem Romam ad ſuos viſendos proficiſcendi fecit, fide revertendi data, niſi pax conveniſſet. Unum ex Legatis, C. Fabricium Luſcinum, ſic admiratus eſt; ut, cum pauperem eſſe cognoviſſet, quarta parte regni promiſſa ſollicitare voluerit, ut ad ſe tranſiret: contemtus autem a Fabricio fuit. Quare cum

Pyrrhus

Anno U. C. | a.C.N.

Pyrrhus ingenti Romanorum admi-
ratione teneretur; legatum miſit
præcipuum virum, Cyneam nomine, 474 280
qui pacem æquis conditionibus pe-
teret. Pax diſplicuit: remanda-
tumque Pyrrho a ſenatu eſt, eum
cum Romanis, niſi ex Italia receſ-
ſiſſet, pacem habere non poſſe. Pa-
ris dein ſeveritatis decretum de ca-
ptivis factum: eos nec adverſus Pyr-
rhum, nec uſquam conjunctim mili-
tare Senatui placere, ſed alios in
alia præſidia mitti; mutata ignomi-
niæ ergo militia, ut qui equo meru-
iſſent, peditum ſtipendia facerent;
qui pedites legionarii fuiſſent, ad
levem armaturam tranſcriberentur;
priores ordines recuperaret nemo,
niſi bina hoſtium ſpolia retuliſſet.
Ita legatus Pyrrhi reverſus eſt. A
quo cum quæreret Pyrrhus, qualem
Romam comperiſſet? Cyneas, ur-
bem templum ſibi viſam, Senatum
vero regum conſeſſum, reſpondit.

XVI. Tum miſſi contra Pyr- 475 279
rhum ſunt duces P. Sulpicius Saver-
rio, P. Decius Mus, Conſules. Cer-
tamine prope Aſculum Apuliæ

Anno U. C.	Anno a.C.N.	
		commisso, Pyrrhus vulneratus est; & post multas utrinque cædes nox pugnam diremit. Pyrrhus Tarentum concessit; Consules copias per Apuliæ oppida distribuerunt.
476	278	XVII. Proximo anno contra Pyrrhum C. Fabricius Luscinus II. Consul est missus; qui prius inter legatos sollicitari non potuerat quarta parte regni promissa. Tum cum vicina castra ipse & rex haberent; medicus Pyrrhi ad eum nocte venit, promittens se veneno Pyrrhum occisurum, si sibi aliquid polliceretur: quem Fabricius vinctum reduci jussit ad dominum, Pyrrhoque nunciari, quæ contra caput ejus medicus spopondisset. Tunc rex admirabundus dixisse fertur: ille est Fabricius, qui difficilius ab honestate, quam sol a cursu suo averti potest.
		Brevi post Pyrrhus, præsidio Tarenti relicto, in Siciliam profectus est, discordiis intestinis exagitatam, belloque Carthaginensium oppressam. Fabricius, victis Samnitibus & Lucanis, triumphavit.

XVIII.

	Anno U. C.	Anno a.C.N.
XVIII. P. dein Cornelius Rufi-		
nus II, C. Junius Brutus Bubulcus		
II. Consules; & proximo anno Q.	477	277
Fabius Gurges II. Consul Samniti-	478	276
um, Lucanorum & Bruttiorum res adeo afflixerunt, ut oratoribus ad Pyrrhum in Siciliam missis nunciarent: actum de se, nisi subveniatur; nec vim Romanam ultra sustineri posse, sed extremam necessitatem deditione præveniendam. Reversus igitur ex Sicilia Pyrrhus; ubi res ejus, primum prosperæ, jam inclinari coeperant. Manius Curius		
Dentatus II. Consul in campis Tau-	479	275
rasinis prope Beneventum urbem contra eum pugnavit; exercitum illius cecidit, ipsum Tarentum fugere coëgit, castra cepit. Ea die cæsa hostim XXVI. millia; capti mille trecenti. Curius triumphans primus Romam quatuor elephantos duxit. Alter quoque Consul L. Cornelius Lentulus de Samnitibus & Lucanis triumphavit. Pyrrhus etiam Tarento mox discessit, Milone ad custodiam arcis Tarentinæ		
relicto; & triennio post apud Argos,	482	272

Anno

U. C. a.C.N. Græciæ civitatem occiſus eſt.

Eodem anno L. Papirius Curſor,
482 272 Sp. Carvilius Maximus, ambo iterum Conſules, Samnites, Lucanos & Bruttios, biennio ſuperiori pluribus adhuc fractos cladibus, ad deditionem coëgere. Milo Tarentum, quod Romani terra, Carthaginenſes mari (ſpecie quidem Milonis ejiciendi, re autem vera urbis hujus maritimæ in fraudem Romanorum obtinendæ cauſſa) obſidebant, Papirio Conſuli tradidit. Samnites, Lucani & Bruttii parte finium mulctati: Tarentini arma & naves tradere juſſi; muri quoque urbis diruti, & tributum civitati impoſitum; pax tantum cum libertate conceſſa.

481 273 XIX. C. Fabio Dorſone Licino, C. Claudio Canina II. Conſulibus, anno urbis conditæ CCCCLXXXI, legati, Alexandria a Ptolemæo II. Philadelpho Aegypti rege miſſi, Romam venere de Pyrrhi fuga gratulatum, & ſocietatem atque amicitiam petitum, quam obtinuerunt.

485 269 Q. Ogulnio, C. Fabio Pictore Con-

Anno U. C. | a.C.N.

Conſulibus, Picentes bellum commovere: & ab inſequentibus Conſulibus P. Sempronio Sopho, Appio 486 | 268
Claudio Craſſo, una cum Umbris Camertibus, devicti ſunt. Coloniæ a Romanis deductæ Ariminum in Umbriæ agro, qui Senonum Gallorum fuerat; & Beneventum in Samnio.

M. Attilio Regulo, L. Julio Li- 487 | 267
bone Conſulibus, Salentinis in Japygia bellum indictum eſt. Crimini datum, quod Pyrrhum ex Epiro venientem portubus oppidiſque ſuis recepiſſent. Attilius & Libo Conſules, fuſis acie Salentinis, Brunduſioque capto, triumpharunt.
Salentini dein, Meſſapii & Sarſina- 488 | 266
tes Umbri debellati & in deditionem accepti ſunt a Conſulibus Numerio Fabio Pictore, D. Junio Pera: ſicque univerſa perpacata fuit Italia, qua maribus ac Rubicone & Macra amnibus finitur. Quare duplex triumphus utrique Conſuli decretus.

XX. Anno urbis conditæ 489 | 265
CCCCLXXXIX. Cenſus ex vete-

Anno U. C. a.C.N.

ri inſtituto habitus eſt; inventaque ſunt civium capita CCXCII. millia CCXXIV. Proximo anno arma
490 264 primum extra Italiam mota: ſpecie quidem auxilii Mamertinis ferendi, qui tum Meſſanam ſcelere occupatam poſſidebant, & ab Hierone Syracuſarum rege Carthaginenſibusque obſidebantur; re autem vera Siciliæ obtinendæ deſiderio. Appius Claudius Caudex Conſul, callide exercitu in Siciliam trajecto, Hieronem & Poenos ad Meſſanam vicit; ac de illis triumphavit. In-
491 263 ſequenti anno M. Valerius Meſſala & M. Otacilius Craſſus Conſules Taurominitanos, Catanenſes, aliasque plures Siciliæ civitates in fidem acceperunt; Pœnos ac Syracuſanos ſæpius acie vicerunt; tandem caſtra ipſis jam Syracuſis admovere auſi, bellum contra Hieronem patrarunt, pacemque petenti dederunt his legibus: ut, quæ de Romanis ſociiſve eorum loca & homines cepiſſet, ſine pretio reſtitueret; argenti talenta centum penderet; ipſe tuto Syracuſis ceteriſque Syracu-

ſani

Anno U. C. | a.C.N.

ſani juris urbibus imperaret.

XXI. Dein L. Poſtumius Megellus, Q. Mamilius Vitulus II. 492 | 262
Conſules Agrigentum ſeptem menſibus obſeſſum, profligato Hannone in ſubſidium Carthagine miſſo, ceperunt. Inſequenti etiam anno L. Valerius Flaccus, T. Otacilius 493 | 261
Craſſus Conſules multa Siciliæ oppida in deditionem acceperunt. Contra Pœnorum dux Hamilcar, terra congredi non auſus, ſed claſſe validus, partem hujus ad vaſtandam Italiæ oram miſit; ipſe littora Siciliæ circumvectus, pleraque loca maritima, quibus Romani potiti fuerant, recuperavit. Quinto igitur belli anno Romani, claſſe cen- 494 | 260
tum quinquiremium & viginti triremium celerrime parata, mari etiam dimicare conſtituerunt. Cn. quidem Cornelius Scipio Aſina Conſul fraude ducis Punici cum navibus ſeptendecim ad Liparam captus eſt. Sed alter Conſul C. Duillius Nepos, proelio inter Mylas urbem & Liparæas inſulas commiſſo, Carthaginenſium ducem Hanniba-

Anno U. C. | a.C.N. lem, Giſgonis filium, vicit; XXXI. naves cepit, XIV. merſit; ſeptem
494 | 260 millia hoſtium cepit, tria occidit: neque ulla victoria Romanis gratior fuit; quod, invicti terra, jam etiam mari plurimum poſſent. Quare Duillio præter triumphum navalem, quem primum egit, permisſum, ut quotidie a cœna redeunti tibicen præcineret, & funale præluceret; columna quoque roſtrata in foro ipſi poſita ex marmore Pario, quæ adhuc ſupereſt.

495 sq | 259 sq XXII. Proximis duobus annis L. Cornelius Scipio, C. Sulpicius Conſules Corſicam & Sardiniam inſulas partim ſubegerunt, partim vaſtarunt; Pœnorum claſſes ibi ſuis obvias vicerunt; multaque inde ca-
495 sqq | 259 sqq ptivorum millia abduxerunt. In Sicilia bellum vario Marte geſtum. Dein L. Manlius Vulſo, M. Attilius
498 | 256 Regulus II. Conſules bellum in Africam transferre juſſi. Hi primo contra Hamilcarem & Hannonem Carthaginenſium duces circa Ecnomum, haud procul Heraclea Minoa Siciliæ, proſpere pugnarunt; LXIII

naves

Anno	
U. C.	a. C. N.

naves Punicas ceperunt, plures quam
XXX. submerserunt; ipsi XXIV.
fluctibus haustas amiserunt. Tunc 498 | 256
in Africam transvecti, Clypeam ci-
vitatem in deditionem acceperunt.
Inde ad Carthaginem usque proces-
serunt: multisque vastatis oppidis,
Manlius victor jussu Senatus Ro-
mam rediit; & XXVII. millia ca-
ptivorum, cum præda ingenti, ac
magno numero civium captivitati
ereptorum, reduxit. Regulus cum
XV. ferme peditum millibus, equi-
tibus quingentis, & navibus XL. in
Africa remansit. Is acie contra Pœ-
nos instructa prope Adin oppidum, 499 | 255
quod obsidebat, contra tres Cartha-
giniensium duces dimicans, victor
fuit; XVII. millia hostium ceci-
dit, quinque millia cum XVIII.
elephantis cepit; LXXIV. civita-
tes, quas inter Tunetem, ad XII. a
Carthagine lapidem sitam, in dedi-
tionem accepit. Nec circumjacen-
tem modo regionem, sed populos
quoque longius dissitos eventu prœ-
lii ad Adin Romanis conciliavit.
Numidæ præsertim, veteribus odiis

Anno

U. C.	a.C.N.	
		novaque occaſione ſtimulati, arma moverunt; vaſtandoque & urendo
499	255	Punicos agros plus terroris ac cladis, quam Romani ipſi, intulerunt. Quibus malis afflicti Carthaginenſes pacem a Romanis petierunt. Regulus eam noluit niſi duriſſimis conditionibus dare: ut Sicilia & Sardinia tota Pœni cederent; captivos Romanis ſine pretio redderent, ſuos pecunia redimerent; belli ſumtus omnes reſtituerent, prætereaque vectigal annuum penderent; eoſdem cum populo Romano hoſtes & amicos haberent. Interim Carthaginenſes auxilia & mercenarios milites undique, ex Græcia etiam, collegerunt. Tunc Xanthippo quodam Lacædemonio duce, qui in numero militum horum mercede conductorum erat, Poeni Regulum, plano & aperto campo haud procul Carthagine confligere auſum, ultima pernicie vicerunt: duo tantum millia ex omni Romano exercitu Clypeam evaſerunt; quingenti cum imperatore Regulo capti; XIII. fere millia occiſa.

XXIII.

Anno	
U. C.	a. C. N.
499	255

XXIII. Cladis hujus nuncio Romam allato, ambo Consules, M. Aemilius Paullus, Serv. Fulvius Nobilior, ad Africam missi; cum trecentarum quinquaginta navium classe Clypeam petierunt, quæ a Pœnis obsidebatur: eosque primum navali certamine ad Hermæum promontorium superarunt, CIV. navibus demersis, XXX. cum pugnatoribus captis, XV. millibus hostium occisis aut captis; tum prope Uticam expositis copiis, terrestri quoque proelio vicerunt. Inopia vero commeatuum, quippe in regione quaquaversum vastata, coacti mox recesserunt; præsidio Clypea avecto, prædaque ingenti, quam Reguli adhuc prosperis rebus illuc comportatam recentes victoriæ cumulaverant. Sic cum victrici classe redeuntes circa Siciliam naufragium passi sunt; & tanta tempestas fuit, ut ex CCCLXIV. navibus octoginta vix servari potuerint. Romani tamen statim ducentas naves reparaverunt. Carthaginenses quoque, Africa recuperata, in Siciliam Cartha-

Anno U. C.	a.C.N.	
		thalone duce novum exercitum trajecerunt; & Agrigentum expugnarunt atque diruerunt.
500	254	XXIV. Insequenti anno L. Cornelius Scipio Asina, A. Attilius Calatinus, ambo iterum Consules, Panormum, Punicæ ditionis in Sicilia præcipuam urbem, multaque ejus oræ oppida ceperunt. Cn. deinde
501	253	Servilius Cæpio, C. Sempronius Blæsus Consules cum CCLX. navibus ad Africam profecti sunt: majoris autem momenti nihil gesserunt, quia commodissimorum quorumque locorum aditu a Pœnis prohibebantur. Redeuntes naufragium passi sunt ad Palinurum Lucaniæ promontorium; naves amplius CLX. submersæ. Itaque cum iteratæ calamitates Romanis displicerent; decrevit Senatus, ut a maritimis prœliis abstineretur, & tantum LX. naves ad præsidium Italiæ conser-
502	252	varentur. Proximo anno C. Aurelius Cotta, P. Servilius Geminus Consules Himeram seu Thermas, & Liparam aliquoties jam frustra oppugnatam, ceperunt. Cum Pœ-

Anno U. C. | a.C.N.

nis acie confligere auſi non ſunt.
Nam ex Reguli caſu tantus elephantorum terror Romanas legiones inceſſerat, ut ex eo tempore prœliorum aleam fugientes in plana ſe demittere caverent, loca ardua & inacceſſa ſectarentur. Quare
nihil etiam geſtum ſequenti anno, 503 | 251
L. Cæcilio Metello, C. Furio Pacilo Conſulibus. Cum autem novus Pœnorum imperator Aſdrubal cum CC. navibus, elephantis CLX, peditumque & equitum millibus XX. in Siciliam trajeciſſet: Senatus, trahendo bello rempublicam exhauriri ſumtibus videns, & ſi vel terra proſperrime res ſuccederent, Pœnos tamen prohiberi Sicilia non poſſe, donec maris imperium penes eos ſit, claſſem juſſit reparari.

XXV. C. Attilio Regulo II, L. 504 | 250
Manlio Vulſone II. Conſulibus, L. Cæcilius Metellus Proconſul Aſdrubalem, Pœnorum ducem, ad Panormum, cui ſe metu ſimulato incluſerat, ſubita eruptione facta, cecidit; XXVI. elephantos cepit; reliquos errantes per Numidas, quos

in

Anno
U.C. | a.C.N.

in auxilium habebat, comprehendit; & triumphum egit ingenti pom-
504 250 pa, cum CXXX. elephantorum numero omnia compleret. Hac victoria & ad priorem fiduciam erecti fuere Romanorum animi; & tantus Pœnis terror incuſſus, ut ſpem in poſterum pedeſtris militiæ deponerent. Carthaginenſes mox totam Siciliam, præter Lilybæum & Drepanum urbes a miſerunt. Conſules Attilius & Manlius, cum navibus ducentis & legionibus quatuor in Siciliam miſſi, Lilybæum oppugnarunt; cujus autem obſidio ad finem uſque belli tracta fuit.

XXVI. Poſt hæc mala Carthaginenſes Regulum ducem, quem ceperant, rogarunt: ut cum legatis ſuis Romam proficiſceretur, & pacem a Romanis obtineret, ac permutationem captivorum faceret. Ille Romam cum veniſſet: inductus in Senatum, nihil quaſi Romanus egit; dixitque, ſe ex illa die, qua in poteſtatem Afrorum veniſſet, Romanum eſſe deſiiſſe. Itaque & uxorem a complexu removit; & Romanis

	Anno	
	U. C.	a.C.N.

manis ſuaſit, ne pax cum Pœnis fieret: illos enim, fractos tot caſibus, ſpem nullam habere; tanti non eſſe, 504 250
ut tot millia captivorum propter unum ſe & ſenem, paucoſque qui ex Romanis capti fuerant, redderentur: itaque obtinuit; nam Pœnos pacem petentes nemo admiſit. Ipſe Carthaginem rediit: offerentibusque Romanis, ut eum Romæ tenerent, negavit ſe in ea urbe manſurum, in qua, poſtquam Afris ſervierat, dignitatem honeſti civis habere non poſſet. Regreſſus igitur ad Africam, omnibus ſuppliciis exſtinctus fuiſſe traditur.

XXVII. P. Claudio Pulchro, L. 505 249
Junio Pullo Conſulibus, Claudius contra auſpicia ad Drepanum pugnavit, & ab Adherbale Carthaginenſium duce victus eſt. Nam ex CCXX. navibus cum XXX. fugit; XC. cum pugnatoribus captæ ſunt, demerſæ ceteræ. Alter quoque Conſul claſſem, a Carthalone ad littus importuoſum compulſam, naufragio amiſit; exercitum tamen ſalvum habuit; & Erycem urbem per

pro-

Anno

U. C. | a.C.N.

proditionem cepit. Senatus iterum abſtinere mari decrevit; & coërcendis tantum Pœnis, qui Lilybæum ac Drepanum adhuc tenebant, incumbere.

506 248 Tunc Hamilcar Barcas dux Carthagine in Siciliam miſſus; qui primum cum claſſe ad Italiam devaſtandam profectus, Locrenſem & Bruttium agrum late populatus eſt; tum exſcenſione in finibus Panormitanis facta, Ercitam montem Panormum inter & Erycen caſtris cepit.
507 247 L. dein Cæcilio Metello II, Numerio Fabio Buteone Conſulibus, privatorum opibus parata claſſis Romana Africæ littora & Hipponem urbem vaſtavit; ad Panormum etiam proſpere cum Pœnis pugnavit. E-
509 245 adem biennio poſt Punicam claſſem vicit apud Aegimurum, haud procul ab Hermæo Africæ promontorio: ſed brevi poſt naufragium ad Libyæ ſcopulos fecit. Contra Ha-
507 247 milcar Barcas Italiæ littora ad fines uſque Cumanos depopulatus eſt. In Sicilia Fabius Conſul Drepanum obſidere cœpit; Metellus

Li-

Anno

Lilybæi obſidionem continuavit. U. C. | C. N.
Ceterum & hoc anno, & biennio ſe-
quenti, Hamilcar Barcas excurſioni- 507 | 247
bus aſſiduis ex caſtris, quæ in Ercta ſqq | ſqq
monte habebat, Romanos laceſſivit;
Lilybæi etiam præſidium, invecta re-
rum neceſſariarum copia, recreavit.
Inde Erycen urbem ſubito impetu 510 | 244
cepit; atque inter duo Romanorum
præſidia medius conſedit; obſeſſus
ab inferiori, in faucibus montis, quæ
Drepanum ſpectant, collocato; ipſe-
que viciſſim obſidens alterum in
ſummo montis jugo diſpoſitum.
Hinc aſperrima Romanis pariter ac 510 | 244
Pœnis per biennium militia: & Ro- ſq | ſq
mani de bello terreſtribus copiis
profligando, obſiſtente Hamilcaris
audacia, deſperarunt. Quare ad
claſſis reparandæ & maris repetendi
conſilia reditum. Sed cum inane
eſſet ærarium, ſumtibusque diuturni 511 | 243
belli exhauſtum: ditiſſimi ſinguli,
alii bini ternive, privatis opibus
quinqueremem cum armamentis ju-
ſtoque remigio præbendam ſuſce-
perunt; hac lege, ut, republica in
meliorem ſtatum reverſa, ſui cui-

Anno U. C. | a. C. N.

que ſumtus reſtituerentur. Sic quinqueremes ducentæ fabricatæ; & collectis omnibus publicis ac privatorum navigiis, claſſis trecentarum fere navium effecta.

512 | 242 XXVIII. Miſſi cum claſſe hac in Siciliam C. Luctatius Catulus Conſul & Q. Valerius Falto Prætor. Pœni contra, Hannone duce, claſſem CCCC. navium, commeatu, militum ingenti ſupplemento, armorumque & pecuniæ copia ampliſſima onuſtam, miſerunt. Luctatius Conſul navem ad committendum prœlium æger aſcendit; vulneratus enim pugna ſuperiori ad Drepanum fuerat. Contra Lilybæum ad inſulas Aegates pugnatum eſt VI. Idus Martias, ingenti virtute Romanorum: nam LXX. Carthaginenſium naves captæ ſunt, L. demerſæ, ceteræ ad Hieram inſulam evaſerunt; X. millia hoſtium capta, XIII. occiſa; maximum auri argentique pondus in poteſtatem Romanorum redactum; ex claſſe Romana XII. naves demerſæ. Ad Erycem deinde profectus Conſul pro-

Anno	
U. C.	a.C.N.
512	242

prospere etiam cum Hamilcare pugnavit, & duo Pœnorum millia occidit.

Tunc Carthaginenses, cum neque Erycino exercitui subministrare necessaria possent, mare Romanis tenentibus; neque, si hunc amisissent, alium aut militem aut ducem haberent, cui auderent confidere; miserunt ad Hamilcarem, potestatem ei deferentes agendi quicquid e republica videretur. Qui omnia se expertum videns, nec aliam ad salutem patriæ suæ viam nisi per pacem patere; legatos ea de re ad Consulem misit. Pax Luctatium inter & Hamilcarem his legibus convenit: ut Sicilia Pœni cederent; bellum cum Hierone Syracusanisque & sociis eorum non gererent; transfugas & captivos sine pretio redderent; argenti talenta Euboica bis mille ducenta annis viginti æquis pensionibus solverent; socii utriusque populi ab utroque tuti essent; neutri in alterius ditione quicquam imperandi, publiceve ædificandi, aut militis inde condu-

Anno U. C.	Anno a.C.N.
512	242

cendi jus eſſet; neque alterius populi ſocios alter in amicitiam & ſocietatem admitteret. Quas leges non omnino probavit populus Romanus; ſed decem legatos ad res inſpiciendas mitti juſſit; iiſque reverſis intendit conditiones: ut mille talenta ſtatim, dein proximo decennio bis mille ducenta penderentur; ut, præter Siciliam, omnibus inſulis, quæ hanc inter & Italiam eſſent, Pœni excederent; neve longis navibus in Italiam aut Romani juris inſulas navigarent. Carthaginenſes, dum pace potirentur, nihil recuſarunt. Sic C. Luctatio Catulo, A. Poſtumio Albino Conſulibus, bellum contra Pœnos, anno ejus XXIII, patratum fuit.

LIBER III.

A ſine Belli Punici primi, ad finem uſque ſecundi:

Complectens ſpatium annorum 40; ab anno Urbis Conditæ 514 uſque ad 553, & ante ChriſtumNatum ab 240 uſque ad 201. Anno U. C. | a.C.N.

I. FInito bello Punico, mox aliud
cum Gallis & Liguribus ex- 516 | 238
arſit. P. Valerius Falto Conſul
male primum, dein proſpere cum
Gallis Ciſpadanis pugnavit: alter
Conſul Tib. Sempronius Gracchus,
Liguribus prœlio profligatis, ma-
gnam Liguriæ partem populatus
eſt. Inſequenti anno Q. Fulvius 517 | 237
Flaccus Conſul parum abfuit quin
cladem a Bojis acciperet; alter
Consul L. Cornelius Lentulus pro-
ſpere cum Liguribus conflixit, & de
illis triumphavit. Boji dein, ingen- 518 | 236
tibus, quæ acciverant, Gallorum
Tranſalpinorum auxiliis freti, mi-
naciter a Conſulibus P. Cornelio
Lentulo, C. Licinio Varo, poſtula-
runt: ut Ariminenſis ager & urbs,
quæ haud dubie Gallici juris eſſent,
ſibi reſtituerentur. Conſules, bel-

Anno
U. C. a.C.N. lo nondum ſatis parati, legatos ad
Senatum remiſerunt; qui repulſam
518 236 eis dedit. Interim Galli Tranſal-
pini, Bojis ignaris, ad Ariminum
proceſſerunt. Inde his orta ſuſpi-
cio, alteros ad regionem iſtam ſibi
vindicandam veniſſe; itumque ad
arma, & magna utrinque cæde
pugnatum eſt. Transalpini do-
mum rediere; Boji parte agri
pacem redemerunt. Tum P. Lentu-
lus Conſul in Liguriam profectus,
profligatis qui occurrerunt hoſtibus,
caſtella aliquot expugnavit.

514 240 II. Carthaginenſes poſt pacem
ſqq ſqq Siculam bellum atrox & prope in-
ternecinum per triennium, & quod
excedit, geſſere cum militibus ſuis
mercede conductis, qui ſtipendia re-
ſidua & præmia variis occaſionibus
promiſſa ferociter repetebant, ſi-
mulque cum Afris jugi Punici im-
patientibus. Hamilcar Barcas tan-
517 237 dem, poſt graves utrinque clades,
deletis rebellibus, pacem Africæ
reſtituit. Initio belli hujus incidit
Carthaginenſibus cum Romanis lis,
quod Italicos homines, forum re-

rum

Anno U. C. | a.C.N.

rum venalium ad hostem deportan-
tes, capiebant, carceribusque pu-
blicis includebant. Et jam ad
quingentos ejus generis habebant
in vinculis; nec pauci dicebantur
occisi: cum Romani intentare eam
ob rem belli minas cœperunt. Sed 515 239
Pœni, legatis missis, qui omnes,
quotquot detenti Carthagine fue-
rant, reducerent, populum Roma-
num adeo placarunt: ut mercato-
res suos ex Italia Siciliaque res ne-
cessarias Carthaginem transvehere
juberet, commercium cum hostibus
vetaret; neque Uticenses nec Sardos
ad se deficientes reciperet. Con-
tagio quippe rebellionis milites
etiam mercenarios, qui per Sardi-
niam in præsidiis erant, invaserat.
Postea tamen cum, discordia Sardos
inter & milites mercenarios orta, hi
insula pulsi in Italiam se recepis-
sent: Tib. Sempronius Gracchus 516 238
ex Liguria in Sardiniam & Corsi-
cam trajicere jussus; qui, magna in-
de captivorum multitudine abducta,
insulas has occupavit. Quas cum
Pœni inviti amitterent; & bello in 517 237

Anno U. C. | a.C.N.

Africa defuncti arma defectionis
auctoribus inferre pararent: Ro-
517 | 237 mani bellum contra eos decreve-
runt; ni armis abſtinerent, quæ
in ſpeciem adverſus rebelles, re
autem vera adverſus Romanos ſum-
ſiſſent. Carthaginenſes, ne alieno
tempore bellum graviſſimum ſuſci-
perent, & Sardinia ceſſerunt; &
ſummam prius pactam ſumtuum
belli (vid. II, 28.) talentis mille
518 | 236 ducentis auxerunt. Proximo anno
C. Licinius Varus Conſul Cor-
ſos rebellantes armis ſubegit. Inte-
rim & Sardos clandeſtina Pœnorum
promiſſa ad rebellionem traxerunt.
Quare bellum Romæ rurſus con-
tra Pœnos decretum. Quos adhuc
invalidos nuncius hic adeo exterru-
it, ut legatis ſemel iterumque miſ-
ſis, tandemque decem ex principi-
bus, pacem deprecarentur; quam
ægre obtinuerunt. Hiſce rebus gra-
viter offenſi fuere Carthaginenſes;
Hamilcar præſertim Barcas, qui
jam duras pacis Siculæ leges æger-
rime ferebat: neque aliis magis
cauſis ſecundum mox bellum Puni-

cum

Anno U. C. | a. C. N.

cum exarſit. Ceterum Sardiniam
tunc T. Manlius Torquatus Con-
ſul, multis locis feliciter cum rebel- 519 | 235
libus congreſſus, pacavit. Quo fa-
cto cum Romani bellum nullum ha-
berent, Jani templum Romæ clau-
ſum fuit; quod poſt Romam condi-
tam ſemel tantum, Numa Pompilio
regnante, contigerat. Idem vero poſt
paucos menſes, Sardorum Corſorum-
que ac Ligurum novis motibus nun-
ciatis, rurſus fuit apertum. Prio-
res duos Sp. Carvilius Maximus 520 | 234
Conſul coërcuit. Iidem tamen po-
ſtea aliquoties adhuc, ſed irrito ſem-
per conatu, rebellarunt. L. Poſtu-
mius Albinus Conſul bene res in Li-
guribus geſſit: & ſequenti anno Q. 521 | 233
Fabius Maximus Verrucoſus Con-
ſul multos Ligurum acie cecidit; re-
liquos Alpeſtribus ſe locis contine-
re coëgit. Veruntamen Ligures diu
adhuc arma Romana fatigarunt.

III. L. Poſtumio Albino II, Cn. 525 | 229
Fulvio Centumalo Conſulibus, Illy-
riis bellum indictum: quod pirati-
cam facientes in mari ſupero & Jo-
nio, navigatores quoque Italicos ve-

Anno
U. C. a.C.N.
xaſſent; & legatos Roma de inju-
riis queſtum ac res repetitum miſ-
525 229 ſos violaſſent. Conſules, multis
civitatibus in deditionem acceptis,
Teutam reginam, quæ pro filio ad-
huc impubere Pinneo regnum ad-
miniſtrabat, pacem petere coëge-
runt. Pax Pinneo data his legibus:
ut tributum annuum penderet; Cor-
cyræ nigræ, Pharo, Iſſæque inſulis,
Dyrrachio & Apolloniæ urbibus,
atque Atintanibus Illyriis liberta-
tem concederet; nec ultra Liſſum
pluribus quam binis limbis, iiſque
inermibus, navigaret. Teuta ad-
miniſtratione regni abiit; quam tu-
toris nomine ſuſcepit Demetrius
Pharius; qui initio belli ad Roma-
nos deſciverat, plurimumque eos
conſilio & auctoritate ſua adjuverat.
Cum vero poſtea idem Demetrius
vicinas civitates vexaret; & contra
fœdus cum limbis armatis quinqua-
ginta ultra Liſſum provectus, inſu-
las propinquas depopularetur: miſſi
535 219 contra eum fuere M. Livius Sali-
nator, L. Aemilius Paullus Conſu-
les; qui, Dimallo oppido & Pharo
in-

Anno U. C. | a.C.N.

inſula expugnatis, Demetrium in Macedoniam fugere coëgerunt. Cum Pinneo fœdus, novo tamen vectigali addito, renovatum.

IV. Anno urbis conditæ DXXII. 522 | 232
C. Flaminius, tribunus plebis, fruſtra obnitente Senatu, legem tulit: ut ager in finibus Umbrorum ſitus, qui Senonum Gallorum fuerat, populo viritim divideretur. Quod ægre ferentes Boji ceterique Galli Ciſalpini ex eo inde tempore bellum parare cœperunt. Romani viciſſim DCCC. millia hominum ad id bellum pararunt: quo in numero Romani ipſi, cum Latinis & Campanis, peditum XLVIII. millia & ducentos, equitum XXVI. millia ſexcentos, explebant; cetera multitudo reliquorum Italiæ populorum erat.

L. Aemilio Pappo, C. Attilio 529 | 225
Regulo Conſulibus, Boji, Inſubres & Taurini, magnis Gæſatarum Gallorum Tranſalpinorum copiis ſtipendio conductis, bellum re ipſa intulerunt: Etruriamque ingreſſi, Prætorem haud procul ab Cluſio

cum

Anno	
U. C.	a.C.N.
529	225

cum exercitu obvium vicerunt; & in collem propinquum recipere se coactum obsederunt. Tum vero Aemilius Consul, ab Arimino cum exercitu ad urbis subsidium magnis itineribus accurrens, supervenit. Galli, ne agmen locupletissima præda onustum hosti objicerent, domum digredi statuerunt; expediti, præda deposita, ad bellum redituri. Aemilius, receptis qui in tumulum confugerant, Gallos juxta littus maris per Etruriam revertentes, insecutus. Interim Attilius etiam Consul, qui ex Sardinia (novis motibus ibi sedatis) Pisas cum legionibus appulerat, indeque terrestri itinere Romam petebat, obvius Gallis factus circa portum Etruriæ Telamonem. Galli duos inter exercitus consulares inclusi, pugna atroci edita, qua Consul Attilius periit, ad internecionem cæsi sunt: quadraginta millia eorum interfecta, decem capta; præda ingens recuperata. Inde Aemilius Consul cum suo & Attiliano exercitu agrum Bojorum ingressus, diripien-

dum

Anno U. C.	a.C.N.

dum illum militi dedit. Dein T.
Manlius Torquatus, Q. Fulvius
Flaccus, ambo iterumConſules,cum 530 224
exercitibus in Galliam profecti, pri-
mo ſtatim adventus ſui terrore ad
deditionem Bojos compulerunt.

V. Proximo anno C. Flaminius, 531 223
P. Furius Philus Conſules primi
Romanorum Padum cum exercitu
tranſierunt: & Inſubribus ad amnem
Adduam acie victis, agrum eorum
late vaſtarunt. Inſubres denuo
mercede conducta Gæſatarum XXX
millia acciverunt. Novi Conſules
M. Claudius Marcellus, Cn. Corne- 532 222
lius Scipio, Acerras Inſubrium op-
pidum oppugnarunt. Interim Vi-
ridomarus Gæſatarum rex aſſumto
decem millium agmine regionem
circumpadanam vaſtare inſtituit.
Quem aſſecutus circa Claſtidium
Marcellus cum parva equitum ma-
nu, & ipſum ſingulari certamine
occidit, & copias ejus profligavit.
Tum ad Collegam reverſus, qui A-
cerris captis, Mediolanum caput In-
ſubrium obſidebat; ſimul cum ipſo
Gallorum exercitum cecidit. Me-

di-

Anno U. C. | a.C.N.

diolano dein & Como potiti Conſu-
les, cetera Inſubrium oppida & uni-
532 222 verſam gentem, pecunia & agri par-
te mulctatam, ceterum ſatis æqua
pace conceſſa, in deditionem accepe-
runt: grandique præda Romam per-
lata triumpharunt; Marcellus tri-
umphans, Romuli & Cornelii Coſſi
exemplo, ſpolia Viridomari, ſtipiti
impoſita, humeris ſuis vexit.

533 221 VI. M. Minucio Rufo, P. Cor-
nelio Scipione Aſina Conſulibus, I-
ſtris bellum illatum eſt; quia latro-
cinati naves Romanorum fuerant,
quæ frumentum advehebant; perdo-
mitique ſunt omnes.

Eodem anno Annibal, annum agens ætatis viceſimum quintum, dux Carthaginenſium in Hiſpania declaratus eſt; per quem mox bellum Punicum ſecundum Romanis fuit illatum. Veſtigiis nempe patris Hamilcaris Barcæ & affinis Aſdrubalis inſiſtens, cum brevi ceteras trans Iberum gentes perdomuiſſet; Saguntum, civitatem Romanis amicam, & fœdere (quod anno U.C. 527. Romani cum Aſdrubale pepigerant) libe-

Anno U. C. | a.C.N.

liberam esse jussam, oppugnare ag-
gressus est; copiis congregatis CL.
millibus peditum, XX. millibus e- 535 219
quitum. Romani per legatos ei de-
nunciarunt, ut bello cœpto abstine-
ret. Sed legatos non admisit: caus-
satus, tuto illos non aditutos inter
tot effrenatarum gentium arma; nec
sibi, tanto discrimine rerum, operæ
esse legationes audire. Iisdem lega-
tis Carthaginem inde profectis re-
sponsum: bellum ortum ab Sagunti-
nis, non ab Annibale esse; populum
Romanum injuste facere, si Sagunti-
nos veteri Carthaginensium societa-
ti præponat. Saguntini interea vi
summa oppugnati, captique ab An-
nibale, ultimis pœnis afficiuntur.
Tum altera in Africam missa lega-
tione: cum æque ferociter Romani
questi essent, & Pœni respondissent;
bellum Carthaginensibus indictum.

VII. Tum P. Cornelius Scipio 536 218
Consul cum exercitu in Hispaniam
missus; Tib. Sempronius Longus
Consul in Siciliam, trajecturus inde
in Africam, si ad arcendum Italia
Pœnum alter Consul sufficeret. An-

nibal,

Anno	
U. C.	a.C.N.
536	218

nibal, relicto in Hiſpania fratre Aſdrubale, & ſubactis, quæ cis Iberum habitabant, gentibus, Pyrenæum tranſiit; ductoque per Galliam exercitu, Alpes adhuc ea parte invias moleſtiſſimo quindecim dierum itinere ſuperavit. Traditur L. millia peditum, novem equitum Pyrenæos montes traduxiſſe; ab Rhodani autem tranſitu ad deſcenſum usque in Taurinos XXXVI. millia ſuorum amiſiſſe; ita ut ſuperſtites tantum ex Afris haberet pedites circiter decies mille ducentos, ex Hiſpanis ad octo millia, equitum omnino millia ſex. Sed multi mox Ligures Gallique Ciſalpini ſe Annibali junxerunt. Conſul Scipio cum Maſſiliæ cognoviſſet, Annibalem jam ad Rhodanum uſque perveniſſe; & fruſtra eum trans Alpes adhuc aſſequi tentaſſet: Cn. Scipionem fratrem cum maxima parte copiarum in Hiſpaniam miſit; ipſe cum paucis Piſas rediit; eo, qui circa Padum cum Prætoribus ad compeſcendos Gallorum motus erat, exercitu Italiam defenſurus. Sem-

pro-

pronius Conſul, cognito Annibalis in Italiam tranſitu, exercitum e Sicilia Ariminum juſſu Senatus trajecit, ut primo quoque tempore Collegæ ferret auxilium.

Anno	
U. C.	a.C.N.
536	218

VIII. Conſul Scipio primus Annibali ad Ticinum amnem occurrit: & prœlio equeſtri commiſſo, parte ſuorum fugata, ipſe vulneratus in caſtra rediit; eaque, Pado trajecto, ad Trebiam amnem in collibus equiti impeditioribus poſuit. Ibi Sempronius exercitum cum ipſo conjunxit: & mox, nequicquam diſſentiente Scipione adhuc ægro, temere cum Pœnis conflixit; ſed victus eſt clade ingenti. Tum plerosque Gallos Ciſalpinos & Ligures Annibal ſibi adjunxit.

Proximo anno Etruriam ingreſſus Annibal C. Flaminium II. Conſulem inſidiis ad Lacum Traſimenum circumvenit. Romanorum XV. millia cum Conſule cæſa; ſex ferme millia capta; decem millia ſparſa fuga per omnem Etruriam, diverſis itineribus urbem petiere. Annibal victor, itinere Romam di- 537 217

Anno U. C. | a.C.N.

recto, per Umbriam usque ad Spoletum venit: inde vero repulsus, in
537 | 217 agrum Picenum avertit iter; Marsos dein, Marrucinos, Pelignos, Apuliæque regionem circa Arpos & Luceriam vastavit. Interim Prodictator a populo creatus Q. Fabius Maximus, urbe præsidiis munimentisque satis firmata, ad hostem duxit: provideque per loca alta ducto exercitu secutus Annibalem, per Hirpinos, Samnium, Campaniam, Pelignos, Apuliam grassantem; differendo pugnam, impetum ejus fregit; M. Minucii Rufi, Magistri Equitum, temere ad Geronium Apuliæ congressi, exercitum servavit; socios in fide continuit; Annibalem, ne quo loco munito potiretur, impedivit; tandem quoque inopia commeatuum afflixit.

538 | 216 IX. Insequenti anno L. Aemilius Paullus II, C. Terentius Varro Consules cum exercitu solito majori contra Annibalem missi. Fabius frustra monuit, ut Annibalem, callidum & impatientem ducem, non aliter vincerent quam proeli-

um

Anno	
U. C.	a.C.N.
538	216

um differendo. Nam cum temeritate Varronis Consulis, nequicquam contradicente Collega, apud vicum Apuliæ Cannas pugnatum esset: ambo Consules vincuntur. In ea pugna tria Pœnorum millia pereunt; magna exercitus Annibalis pars sauciatur. Nullo tamen Punico bello gravius Romani afflicti sunt: perierunt enim eo prœlio Aemilius Paullus Consul, ambo Consulum Quæstores, XXI. Tribuni militum, consulares quidam, prætoriique & ædilitii: LX. aut senatores, aut qui eos magistratus gessissent, unde in Senatum legi deberent; præterea XL. millia peditum, duo millia septingenti equites cæsi; capta tria millia peditum, & equites trecenti dicuntur. In quibus malis nemo tamen Romanorum pacis mentionem habere dignatus est. M. Claudius Marcellus Prætor Canusium cum legione missus ad reliquias exercitus Cannensis (XIV. fere millia), quæ eo convenerant. Dictator ex auctoritate Patrum dictus M. Junius Pera, delectu edicto, quatuor legiones &

Anno	
U. C.	a. C. N.
538	216

mille equites ſcripſit. Servi etiam, quod nunquam ante, octies mille publice emti, & milites facti ſunt. Hic miles magis placuit, cum pretio minori totidem fere captivos redimendi copia ab Annibale fieret. Reſponſum vero a Senatu: eos cives non eſſe neceſſarios, qui cum armati eſſent, capi potuiſſent. Annibal illuſtriores Carthaginem miſit; ceteros, ſpectaculo exercitui dato, pro gladiatoribus invicem pugnare coëgit: & ad fidem victoriarum, quarum nuncium Magonem fratrem Carthaginem ablegavit, tantum annulorum aureorum, quos e manibus equitum Romanorum & Senatorum detraxerat, acervum ei deportandum tradidit, ut metientibus, dimidium ſuper tres modios expleſſe, ſint quidam auctores; fama tenuit, quæ propior vero eſt, haud plus fuiſſe modio.

X. Poſt pugnam Cannenſem multæ Italiæ civitates, quæ ad eam diem firmæ in fide Romana ſteterant, labare cœperunt & ad Pœnos deficere. Hoc in numero fuere Apulorum, Campanorum & Lucanorum

pars

Anno U. C. | a.C.N.

pars, Samnites præter Pentros, & Bruttii. Annibal victor ex Apulia in Hirpinos movit; ubi Compsa ei 538 216
tradita. Inde Campaniam ingressus, Capuam urbem in fœdus & societatem accepit; Neapolin bis frustra tentavit; ad Nolam a Prætore Marcello repulsus est; Acerras a civibus desertas diripuit atque incendit; Casilinum fame expugnavit.

Interim in Hispania Cn. Scipio, 536 218
exercitu Emporiis exposito, populos cis Iberum voluntate aut vi sibi adjunxit; Hannonem, cujus cis Iberum provincia erat, ad Scissim oppidum vicit & cepit: dein classem
Punicam ad Iberi ostium oppressit; 537 217
oram maritimam ad Carthaginem novam usque, cum Ebuso insula, pervastavit; populosque complures, quos inter Celtiberos, in fidem accepit. Tum P. quoque Scipio in Hispaniam venit, prorogato post Consulatum imperio ab Senatu missus cum supplemento navium & militum. Bellum inde acre in Hispa- 537 217
nia; sed plerumque magis prospe- sq sq
rum Romanis. Himilcone dein cum

Anno U. C. | a.C.N.

exercitu justo & aucta classe ad Hispaniam retinendam Carthagine misso; & Asdrubale exercitum suum in Italiam ducere jusso: Scipiones
539 215 prope Iberum amnem cum Asdrubale congressi, cœptis ipsius insigni parta victoria obstiterunt. Magna vis hostium ibi occisa; castra quoque eorum a Romanis capta. Cujus cladis nuncio Carthaginem perlato: Mago, frater Annibalis, XII. millia peditum, MD. equites, XX. elephantos, mille argenti talenta in Italiam transmissurus cum præsidio LX. navium longarum, in Hispaniam subsidia hæc transferre jussus est. Bomilcar cum militibus ad supplementum, quadragintaque elephantis in Italiam missus.

539 215 XI Anno quarto postquam in Italiam Annibal venit, Tib. Sempronius Gracchus Consul ad Cumas, M. Claudius Marcellus Proconsul ad Nolam, Campaniæ civitates, prospere contra Annibalem pugnarunt; Q. Fabius Maximus III. Consul Compulteriam, Trebulam & Saticulam oppida, quæ ad Pœnum defecerant,

cerant,

Anno U. C. | a.C.N.

cerant, vi cepit; Annibal Peteliam, Conſentiam, Crotonem & Locros in Bruttiis occupavit. 539 | 215

Quo tempore etiam Rex Macedoniæ Philippus, a Demetrio præſertim Phario ad bellum impulſus, legatos ad Annibalem miſit, promittens auxilia contra Romanos, claſſem præcipue quam maximam poſſet; hac conditione, ut, deletis Romanis, ipſe quoque contra Græcos ab Annibale auxilia acciperet. Captis igitur legatis Philippi, & re cognita; Romani M. Valerium Lævinum Prætorem cum claſſe, quæ ad Calabriæ littora erat, in Macedoniam, ſi e republica duceret, transmittere juſſerunt; dareque operam, ut Philippum in regno contineret. In Sardiniam miſſus T. Manlius Torquatus Proconſul: nam etiam ea ad rebellionem ſpectabat; quam Hampſicoras præſertim, qui tum auctoritate atque opibus inter Sardos primus erat, & Hanno, nobilis Carthaginenſis, moliebantur,

XII. Ita uno eodemque tempore quatuor locis pugnabatur: in Italia,

Anno U. C. a.C.N.

contra Annibalem; in Hiſpania, contra fratres ejus Aſdrubalem & Ma-
539 215 gonem; in Macedonia contra Philippum; in Sardinia, contra Sardos & alterum Aſdrubalem, cognomento Calvum, qui cum claſſe & exercitu rebellibus in auxilium Carthagine miſſus fuerat. Hic a T. Manlio Torquato vivus eſt captus; occiſa in prœlio XII. millia hoſtium; Sardorum ſimul Pœnorumque ferme tria millia ſexcenti capti; & Sardinia ſubacta. Manlius victor Aſdrubalem & ceteros captivos Romam transvexit.

Interim etiam in Hiſpania Sciones Aſdrubalem & Magonem, Annibalis fratres, atque Hamilcarem, Bomilcaris filium, primo ad Illiturgim oppidum, dein iterum ad Intibilim vicerunt.

540 214 Et inſequenti anno, cum Philippus rex Oricum cepiſſet; limbisque biremibus CXX. flumine Aoo adverſo ſubvectus, Apolloniam obſideret: M. Valerius Lævinus Proprætor, cum claſſe in Illyridem profectus, Oricum primo recepit; tum

Q.

Anno U. C.	a.C.N.
540	214

Q. Nævium Criſtam, præfectum ſociorum, cum duobus millibus delectorum militum Apolloniam miſit. Nævius, eruptione ſubita ex urbe facta, Philippum fuga effuſa ad flumen naveſque ſe recipere coëgit, & caſtris ipſius potitus eſt. Quo facto Lævinus claſſem extemplo ad oſtium fluminis duxit, ne navibus capeſſere fugam rex poſſet. Itaque Philippus, ſubductis aut incenſis navibus, terra Macedoniam petiit; magna ex parte inermi exercitu ſpoliatoque.

XIII. Eodem anno, Q. Fabio Maximo IV, M. Claudio Marcello III. Conſulibus, Romani, ſex novis legionibus ſcriptis, ſummam duodeviginti legionum effecerunt. Marcellus Conſul tertium proſpere ad Nolam cum Annibale pugnavit: Tib. Sempronius Gracchus Proconſul Hannonem ad Beneventum cecidit: ambo Conſules Caſilinum receperunt: Fabius Samnium depopulatus eſt, & oppida aliquot expugnavit: Annibal poſt prælium ad Nolam Tarentum contendit, ſpe urbis per pro-

Anno U. C. a.C.N.

proditionem potiendæ; ſed eam tum
M. Livius, ab Lævino Proprætore
Tarentum cum præſidio miſſus, ir-
541 213 ritam fecit. Proximo anno Q. Fa-
bius Maximus Conſul cum patre le-
gato Arpos Apuliæ cepit; Tib. Sem-
pronius Gracchus II. Conſul aliquot
Lucaniæ oppida expugnavit; Anni-
bal Tarento imminere perſtitit,
& Salentinorum aliquot oppida in
deditionem accepit; Conſentini ac
Thurini in fidem populi Romani re-
dierunt; Hanno in Bruttiis L. Pom-
ponium Vejentanum, præfectum ſo-
ciorum, ad internecionem cecidit.

540 214 Per idem tempus Scipiones in
Hiſpania Caſtulonem urbem in fi-
dem acceperunt; Pœnos ab obſidione
Illiturgis & Bigerræ repulſos, ad
Mundam inſuper, dein ad Auringen
oppida, tertioque alio prœlio vice-
runt: tum Saguntum vi, pulſo præ-
ſidio Punico, receperunt; cultori-
busque antiquis, quos vis reliquerat
belli, reſtituerunt. Inde in Afri-
541 213 cam quoque ſpem extenderunt; a-
micitia ſocietateque facta cum Sy-
phace, Maſæſylorum Numidarum

rege.

Anno U. C. | a.C.N.

rege. Sed Carthaginenses Galam, Massylorum regem, in partes suas traxerunt: cujus filius Masinissa magno prœlio Syphacem devicit; & in Maurusios Numidas, qui extremi prope Oceanum adversus Gades colunt, refugere coëgit.

Interim in Sicilia, mortuo Hiero- 539 | 215
ne rege nonagenario, primum Hieronymus, Hieronis ex Gelone filio nepos, qui avo successit, fœdus cum Pœnis junxit, legatis ad Annibalem missis & ab eo receptis: jamque moverat arma contra Romanos, cum conjuratione suorum Leontii trucidatus fuit. Variis inde aliquamdiu motibus, specie libertatis asserendæ, & per diversa factionum in Romanos ac Pœnos studia, Syracusæ agitatæ fuerunt: donec Epicydes 540 | 214
& Hippocrates Prætores, militum ac plebis seditione concitata, ceterisque Prætoribus interfectis aut fugatis, summa rerum potiti; Syracusanos in bellum Romanum præcipites egerunt. Tum Marcellus Consul in Siciliam missus, Leontioque jam vi potitus, cum Appio

Clau-

Anno		
U. C.	a.C.N.	Claudio Proprætore terra marique Syracuſas cœpit oppugnare. Sed adverſus urbem, omni tormentorum apparatu inſtructam Hieronis impenſis curaque per multos annos & Archimedis unica arte, conatus omnes irriti fuerunt. Abſiſtere igi-
540 sq	214 sq	tur oppugnatione, & obſidendo tantum terra marique arcere commeatibus Syracuſanos, Marcellus ſtatuit.
542	212	XIV. Septimo anno, poſtquam Annibal in Italiam venerat, Q. Fulvio Flacco III, Appio Claudio Pulchro Conſulibus, Romani ſummam trium & viginti legionum effecerunt. Annibal per proditionem Tarento urbe potitus eſt. M. Livius, præfectus præſidii Romani, cujus major pars cæſa, cum reliquis in arcem fugit; quam Annibal confeſtim obſedit. Brevi poſt Metapontini quoque & Thurini ad Pœnos defecerunt: & Tib. Sempronius Gracchus Proconſul ab hoſpite Flavio, Lucanorum, qui adhuc cum Romanis ſtabant, Prætore, in inſidias Punicas deductus periit. Interim Fulvius Conſul prope Beneventum ca-

ſtra

Anno U. C. | a.C.N.

stra Hannonis expugnavit, ex Bruttiis ab Annibale missi, ut frumento
Capuam muniret, quam Consules 542 212
obsidere parabant. Quare Annibal ipse castra ad Capuam movit. Ibi Consules æquo Marte cum illo conflixerunt. Tum, ut Capua eum averterent, diversi, Fulvius in agrum Cumanum, Appius in Lucanos abierunt. Annibal Appium institit sequi. Ille circumducto hoste qua voluit, alio itinere ad Capuam rediit. Tum ambo Consules, Prætore etiam C. Claudio Nerone cum duabus legionibus ab Suessula accito, Capuam summa vi obsidere cœperunt. Annibal vero in Lucanis M. Centenium Pœnulam, centurionem emeritum, cui temere peritiam suam hostis & regionis jactanti exercitum Senatus commiserat, fœde prostravit: nec multo post Prætoris etiam C. Fulvii Flacci exercitum in Apulia circa Herdoneam
delevit. Insequenti anno, cum Ca- 543 211
pua jam undique circumvallata fame urgeretur: Annibal cum delecto agmine ex Bruttiis in Campaniam

pro-

Anno U. C. | A. C. N.

profectus, ſumma vi caſtra Romanorum adorſus eſt; Campanis & præ-
543 211 ſidio Punico, eruptione facta, ex altera parte inſtantibus. Sed hos Appius, illum Fulvius Proconſules ſtrenue repulerunt. Tum Annibal Romam petere ſtatuit, ad eam defendendam ab oppugnanda Capua abſtracturus duces atque exercitus Romanos. Id conſilium ex transfugis compertum cum Fulvius Senatui nunciaſſet; alter tantum Proconſul cum exercitus parte Romam, ad prohibendam obſidione patriam, properare juſſus. Appio ex vulnere ſuperioris pugnæ ægro; Fulvius cum XV. millibus delectis peditum, mille equitibus, Romam via Appia citatis itineribus contendit; & cum Conſulibns Cn. Fulvio Centumalo, P. Sulpicio Galba circa portas Collinam Eſquilinamqe caſtra poſuit. Inter hæc Annibal, via Latina ducto exercitu, ad Anienem fluvium, tria millia paſſuum ab urbe, caſtra admovit. Ipſe cum duobus millibus equitum ad portam Collinam progreſſus eſt; atque unde proxime poterat,

Anno	
U. C.	a C. N.

terat, mœnia ſitumque urbis obequitans contemplatus. Copiis dein
utrinque in aciem eductis, imber in- 543 211
gens grandine miſtus bis prœlium diremit. In religionem ea res apud Pœnos verſa traditur: certe Annibal caſtra ab urbe retulit, & in Bruttios reverſus eſt. Fulvius Proconſul ad Capuam rediit: quæ brevi fame ad deditionem fuit coacta, & ſevere caſtigata. Poſt Capuam Atella quoque & Calatia in deditionem acceptæ.

XV. Interim quoque Marcellus 542 212
Proconſul Syracuſas vi expugnavit, & diripiendas militibus dedit; qua in ſtrage Archimedes etiam fuit interfectus.

Lævinus autem Proprætor ami- 543 211
citiam populi Romani nomine & ſocietatem belli contra Philippum regem ſanxit cum Aetolis, Eleis Lacedæmoniiſque, & cum Attalo rege Pergami, ac Pleurato & Scerdilædo Thracum Illyriorumque regibus. Inde Zacynthum inſulam, Oeniadaſque & Naſum Acarnanum
oppida, & proximi veris initio An- 544 210

Anno U.C. a.C.N.

ticyram Locridis urbem Lævinus
expugnavit; Aetolisqe ex pacto tra-
544 210 didit.

Tum vero absens Consul iterum
creatus, & in Siciliam missus est:
ubi Carthaginenses adhuc Agrigen-
tum urbem (jam anno U.C. 540. ab
ipsis occupatam) & alia quædam op-
pida tenebant. Lævinus Consul bre-
vi & Agrigentum & totam Siciliam
recepit, ac Pœnos ea penitus expu-
lit.

P. Sulpicius Galba Proconsul,
successor Lævino in Græciam mis-
545 209 sus, ab Eli urbe Philippum repulit:
ceterum majoris momenti nihil ges-
sit; cum Senatus, Philippum satis
implicatum bello finitimo ratus, o-
mnem exercitum, præter socios navа-
les, avocasset. Attalus quoque, Per-
gami rex, qui classem suam Roma-
næ junxerat, bello Prusiæ Bithyniæ
546 208 regis in Asiam redire coactus fuit.
547 207 Hinc Philippus sociique ipsius A-
sq sq chæi plura prospere gesserunt. Tan-
dem Philippus, Aetolorum fines
cum exercitu ingressus, quibus vo-
luit conditionibus, pacem sancire
coë-

Anno U. C. | A. C. N.

coëgit. Eodem fere tempore P.
Sempronius Tuditanus Proconsul
cum decem millibus peditum, mille 549 | 205
equitibus, & XXXV. rostratis navi-
bus Dyrrachium venit; Parthinos
& propinquas alias gentes commo-
vit; & Dimallum oppugnavit. Bre-
vi autem post, Epirotis interceden-
tibus, pax Philippum inter & Pro-
consulem, Phœnicen Epiri oppi-
dum ad colloquium congressos, his
legibus convenit: ut Parthini & Di-
mallum Romanorum essent: Atin-
tania Macedoni accederet. Fœderi
ab rege adscripti fuere Prusias Bi-
thyniæ rex, Achæi, Bœoti, Thes-
sali, Acarnanes, Epirotæ; ab Ro-
manis, Ilienses, Attalus & Pleu-
ratus reges, Nabis Lacedæmonio-
rum tyrannus, Elei, Messenii, A-
thenienses.

XVI. Eodem anno quo Capua ob- 542 | 212
sideri cœpit, Scipiones freti au-
xiliis Celtiberorum, quorum XXX.
millia mercede ad arma excita-
verant, ut totius simul Hispaniæ
amplecterentur bellum, ita copias
inter se diviserunt: ut Publius du-

Anno U. C.	a. C. N.	
542	212	as partes exercitus Romanorum sociorumque adversus Magonem duceret atque Asdrubalem, Gisgonis filium; Cneus cum tertia parte veteris exercitus, Celtiberis adjunctis, cum Asdrubale Barcino bellum gereret, qui ad Anitorgin Bæticæ oppidum castra habebat. Sed Asdrubal mox per occulta colloquia pactus magna mercede cum principibus Celtiberorum, ut copias a Romanis abducerent; Cn. Scipionem retro cedere coëgit, vestigiisque abeuntis institit. Interea P. Scipionem Masinissa, cum equitatu Numidarum assidue dies noctesque infestus, ademto rerum omnium usu, prope in castris obsedit. Cum arctiorem fore obsidionem appareret, si se Indibilis rex, qui cum septem millibus & quingentis Suessetanorum adventabat, cum Pœnis conjunxisset; Publius, modico in castris relicto præsidio cum T. Fontejo legato, obviam Indibili media nocte profectus manus, cum eo conseruit. Mox autem Masinissa primum cum Numidis, dein duces

etiam Pœni proelio supervenere. Scipio fortiter pugnans cecidit. Romani, duce amisso, fugerunt; cæsique prope plures in fuga, quam in pugna. Duces Pœni confestim ex prœlio ad Asdrubalem Hamilcaris citatum agmen rapuerunt; junctisque cum eo copiis, Cn. etiam Scipionem, jam ægre se ab uno tutantem, oppresserunt. Tum vero L. Marcius, eques Romanus, impiger juvenis, animi & ingenii quam pro fortuna majoris, disciplinaque Cn. Scipionis per tot annos omnes militiæ artes edoctus, & ex fuga collectis militibus, & quibusdam de præsidiis deductis exercitum aliquem fecit, junxitque cum Fontejo P. Scipionis legato: & comitiis militaribus dux creatus, castris citra Iberum communitis, primum Asdrubalem Gisgonis valida impressione a castris repulit; dein nocte castra ejus magna cum clade hostium expugnavit; posteroque mane & altera sive Asdrubalis Barcini, sive Magonis (auctores enim variant) sex millium intervallo

Anno U. C.	a.C.N.

diſtantia. Litteris autem de rebus, quas geſſerat, Romam miſſis; L. Marcius magnam partem hominum offendit titulo honoris: quod, imperio non populi juſſu, non ex auctoritate patrum dato, Proprætor Senatui ſcripſerat. Quare Capua ca-
543 211 pta, C. Claudius Nero Proprætor duodecim millia peditum & mille equites in Hiſpaniam ducere, & exercitum ab T. Fontejo & L. Marcio accipere juſſus.

XVII. Cum vero Hiſpaniæ populi, nec qui poſt cladem Scipionum defecerant, redirent ad Romanos, nec ulli novi deficerent: exercitum augeri, & imperatorem alium mitti ad Hiſpanias placuit. Comitiis Proconſuli creando in Hiſpaniam edictis, cum nemo ſe petere profeſſus eſſet præter P. Cornelium Scipionem, P. Scipionis, qui ibidem bellum geſſerat, filium; ad unum omnes centuriæ non modo ſed etiam homines imperium ei eſſe in Hiſpania juſſerunt; quamvis quatuor tantum & viginti ferme annos nato, necdum

alio

Anno U. C.	a.C.N.

alio magiſtratu functo niſi Aedili-
tate curuli. Proprætor M. Junius
Silanus adjutor ei ad res gerendas 543 211
datus; decretaque, præter copias
quæ jam in Hiſpania erant, decem
millia peditum & mille equites,
cum XXX. quinqueremium claſſe,
cui C. Lælius præfectus.

Cum æſtatis extremo in Hiſpa-
niam Scipio veniſſet: proximo ſta-
tim vere Carthaginem Hiſpaniæ 544 210
vi cepit, conditam ab Asdrubale,
Hamilcaris Barcæ genero (circa
annum U. C. 526.) in qua omne
aurum & argentum & belli appa-
ratum Pœni habebant, nobiliſſimos
quoque obſides quos ab Hiſpanis
acceperant. Scipio Hiſpanorum
obſides parentibus reddidit: quare
cuncti fere, qui cis Iberum incolunt,
multi etiam ulterioris provinciæ
ad eum tranſierunt; quos inter In-
dibilis Ilergertum regulus, & Man-
donius frater. Poſt quæ Asdruba- 545 209
lem, Annibalis fratrem, ad Bæcu-
lam urbem victum fugavit; caſtra-
que ejus cum decem millibus pedi-
tum, duobus equitum, cepit: Hi-

Anno U. C.	a. C. N.	
		ſpanos captos ſine pretio domum dimiſit; Maſſivam quoque juvenem,
545	209	Masiniſſæ ex ſorore nepotem, magnifice donatum avunculo remiſit.

Asdrubal cum reliquiis exercitus præter Tagum flumen ad Pyrenæum contendit: Scipio, anceps ratus illum perſequi, ne Mago frater atque alter Asdrubal cum eo jungerent copias, præſidio tantum ad inſidendum Pyrenæum miſſo, recipiendis in fidem Hiſpaniæ populis operam dedit. Cum dein Scipio rediens Tarraconem ſaltu Caſtulonenſi exceſſiſſet: Asdrubal Giſgonis & Mago ex ulteriore Hiſpania ad Asdrubalem Barcinum venere. Ibi conſultantibus de ſumma belli placuit: cum ultima Hiſpaniæ ora, quæ ad Oceanum & Gades vertit, ignara adhuc Romanorum, ſola Carthaginenſibus ſatis fida ſit; ceterorum omnium animi beneficiis Scipionis publice privatimque ſint occupati; Asdrubal Barcinus, quod & Senatus Punicus cenſuerit, in Italiam tranſeat, exercitu repleto Hiſpanis militibus,

Anno

U. C. | a. C. N.

ut omnes procul ab nomine Scipionis abducat; Mago cum grandi pecunia in Baleares ad conducenda mercede auxilia trajiciat; Asdrubal Gisgonis cum exercitu penitus in Lusitaniam abeat; Masinissæ ex omni equitatu, quod roboris esset, tria millia equitum expleantur, isque vagus per citeriorem Hispaniam sociis opem ferat, hostium oppida atque agros populetur. 545 209

XVIII. Interim in Jtalia M. Claudius Marcellus IV. Consul Salapia Apuliæ oppido per proditionem potitus est; Maroneam autem & Meles in Samnio vi cepit. Contra Annibal Cn. Fulvium Centumalum Proconsulem ad Herdoneam Apuliæ cecidit. Insequenti anno Marcellus Proconsul haud procul Canusio Apuliæ triduo continuo cum Annibale conflixit; primum æquo Marte, dein minus prospero, tandem secundo: Pœnumque in Bruttios recedere cöegit. Q. Fulvius Flaccus IV. Consul Hirpinos & Lucanorum partem in deditio- 544 210 545 209

Anno U. C.	a.C.N.	
		nem accepit. Q. Fabius Maximus V. Conſul, Mandurio in Salentinis
545	209	potitus, ad Tarentum caſtra admovit; cujus arcem M. Livius præfectus jam in quartum annum adverſus Tarentinorum Pœnorumque conatus tutabatur: & adjutus proditione præfecti cohortis Bruttiorum, quæ inter præſidia urbis erat, vi eam recepit, diripiendamque
546	208	militi dedit. Proximo anno M. Valerius Lævinus Proconſul cum centum navium claſſe ex Sicilia in Africam transmiſit; & ad Clypeam urbem exſcenſione facta, agrum late vaſtavit: dein cum claſſe Punica haud procul Clypea proſpere pugnavit; navibusque XVIII. captis, cum magna terreſtri navalique præda Lilybæum rediit. Annibal M. Claudium Marcellum V, T. Quintium Criſpinum Conſules, cum paucis equitibus progreſſos ad tumulum explorandum, qui Romana inter & Punica caſtra prope Venuſiam erat, inſidiis circumvenit. Marcellus ibi periit; Criſpinus graviter ſaucius evaſit, exitu au-

tem

Anno U.C. | a.C.N.

tem anni ex vulnere mortuus est. Pœni dein cladem ad Salapiam, Romani ad Locros perpessi sunt. 546 208

In Hispania eodem anno egregias res Scipio egit; & ipse, & per fratrem suum L. Scipionem LXX. civitates in fidem accepit. Idem sequenti anno Magonem ex Bale- 547 207
aribus reducem & Hannonem novo cum exercitu ex Africa transgressum per M. Silanum in Celtiberis fudit: dein ipse adventu suo Asdrubalem Gisgonis in Bætica fugavit; urbemque iis in locis opulentissimam Oringin per fratrem suum L. Scipionem vi cepit.

XIX. Quantum vero abitu Asdrubalis Barcini levatæ Hispaniæ fuerunt, tantum in Italiam ingruit novæ molis belli. Massiliensium
primum legati nunciarunt, eum in 546 208
Galliam transgressum; erectosque adventu ipsius Gallorum animos, quia magnum pondus auri attulisse diceretur ad auxilia mercede conducenda. Missi deinde cum Massiliensibus legati ab Roma retulerunt pro comperto habere, Asdrubalem

ingenti

Anno U. C.	a. C. N.
547	207

ingenti jam coacto exercitu proximo vere Alpes trajecturum. Primoque vere L. Porcius Licinus Prætor ex Gallia nunciavit Asdrubalem movisse ex hibernis, & jam Alpes transire; octo millia Ligurum conscripta armataque esse, conjunctura se transgresso in Italiam. Quare maturius Consules in provincias exierunt; C. Claudius Nero in Bruttios & Lucanos adversus Annibalem, M. Livius Salinator II. contra Asdrubalem: ea mente, ut uterque hostem in sua provincia contineret, neque conjungi & conferre in unum vires pateretur. Asdrubali & sua & fratris ac Romanorum spe omnia expeditiora fuere. Non enim receperunt modo Arverni eum, ac deinceps aliæ Gallicæ & Alpinæ gentes; sed etiam secutæ sunt ad bellum. Quod autem celeritate itineris profectum erat; id mora ad Placentiam, dum frustra obsidet magis quam oppugnat, Asdrubal corrupit.

Annibal & Claudius Consul ad Grumentum in Lucanis castra si-

Anno U. C.	a. C. N.
547	207

gnaque contulerunt. Romani vicerunt; supra octo millibus hostium cæsis, septingentis captis. Tum Apuliam Annibal petiit. Consul eum haud procul a Venusia assecutus. Ibi quoque tumultuaria pugna fuit, Romanis prospera. Inde nocturnis montanisque itineribus Metapontum Annibal petiit; Hannonem, qui præsidio ejus loci præerat, in Bruttios ad exercitum novum comparandum misit; copiisque ejus ad suas additis, Venusiam repetiit; indeque ad Canusium processit. Consul vestigiis ipsius nunquam abstitit.

Inter hæc ab Asdrubale, postquam a Placentiæ obsidione abscesserat, quatuor Galli equites & duo Numidæ cum litteris ad Annibalem missi, cum per medios hostes totam Italiam emensi essent, dum Metapontum cedentem Annibalem sequuntur, a vagis per agros pabulatoribus Romanis ad Q. Claudium Proprætorem deducuntur; indeque ad Claudium Consulem. Qui audendum nunc aliquid improvi-

Anno
U. C. | a.C.N. ſum ratus, litteris Asdrubalis Ro-
mam ad Senatum miſſis, ſimul quid
547 | 207 pararet, Patres edocet; monetque,
ut, cum in Umbria ſe occurſurum
Asdrubal fratri ſcribat, legionem
a Capua Romam arceſſant, dele-
ctum Romæ habeant, exercitum
urbanum ad Narniam hoſti oppo-
nant: tum per agrum Larinatem,
Frentanum, Marrucinum Prætutia-
numque, qua exercitum ducturus
erat, pæmittit, ut omnes ex agris
urbibuſque commeatus paratos mi-
liti ad veſcendum in viam defer-
rent; equos jumentaque alia ad-
ducerent, ut vehiculorum feſſis
copia eſſet. Ipſe de exercitu, quod
roboris erat, delegit; ſex millia
peditum, mille equites: ſimulans
occupare ſe in Lucanis proximam
urbem Punicumque in ea præſi-
dium velle. Profectus nocte, reli-
cto Q, Catio legato qui caſtris
præeſſet, flexit in Picenum; &
quantis maximis poterat itineri-
bus, ad collegam duxit. Romæ in-
gentem terrorem litteræ cœptum-
que Conſulis fecerunt: caſtra pro-
pe

Anno	
U. C.	a.C.N.
547	207

pe Annibalem relicta sine duce, cum exercitu cui detractum omne quod roboris fuerit, nulla alia re tuta quam errore hostis, qui imperatorem inde atque exercitus partem abiisse ignoret; quid futurum, si id palam fiat? Consul, postquam jam tantum intervalli ab hoste fecerat, ut detegi consilium satis tutum esset; paucis milites allocutus exhortatusque est. Et jam per instructa omnia ordinibus virorum mulierumque undique ex agris effusorum, & cumulatim quævis ad usum necessaria offerentium, inter vota ac preces & laudes ibant. Agmen etiam in itinere voluntariis auctum; offerentibus se & veteribus militibus jam perfunctis militia, & juvenibus: & ad Collegam præmissi erant, qui nunciarent adventum. Is ad Senam cum L. Porcio Prætore castra habebat. Asdrubal quingentos inde ferme passus aberat. Neronis milites nocte, uti inter Consules convenerat, silentio Livii castra ingressi, ab sui quisque ordinis hominibus

Anno U. C.	a.C.N.
547	207

minibus in tentoria accepti fuere. Postero die in aciem processum. Jam & hostes ante castra instructi stabant; cum Asdrubal indiciis quibusdam, alterum Consulem adesse, cognovit. Quare anxius curis de fratre, receptui propere cecinit: nocteque castris silentio motis, ad Metaurum flumen contendit; ubi prima lux transitum opportunum ostendisset, trajecturus. Sed per tortuosi amnis sinus flexusque errorem volvens haud multum processit; spatiumque dedit hosti ad se insequendum. Nero primum cum omni equitatu advenit; Porcius deinde assecutus cum levi armatura. Qui cum fessum agmen carperent ab omni parte; & jam omisso itinere castra metari Pœnus in tumulo super fluminis ripam vellet: advenit Livius cum peditum omnibus copiis, ad conferendum extemplo prœlium instructis. Asdrubal, omissa munitione castrorum, & ipse aciem instruxit; fortissimeque dimicans pariter & obiens munia imperatoris, prœlium

ali-

Anno U. C.	a C. N.
547	207

aliquamdiu sustinuit. Postremo cum, exercitu suo undique circumvento, haud dubie fortuna hostium esset; concitato equo se in cohortem Romanam immisit, ibique strenue pugnans cecidit. LVI. millia Pœnorum sociorumque cæsa; capta quinque millia & quadringenti; præda alia magna tum omnis generis, tum auri argentique. Nequaquam autem incruenta victoria fuit; octo ferme millia Romanorum sociorumque occisa.

Claudius Consul nocte, quæ secuta est pugnam, profectus; citatiori quam venerat agmine, die sexto ad stativa sua rediit. Iter ejus frequentia minori, quia nemo præcesserat nuncius; lætitia vero tanta, vix ut compotes mentium præ gaudio essent, celebratum est. Romæ neuter animi habitus satis enarrari potest; nec quo incerta exspectatione eventus civitas fuerat, nec quo victoriæ famam accepit. Claudius Consul cum in castra rediisset: caput Asdrubalis, quod servatum cum cura attulerat, projici

ante

Anno U.C. | C.N.

ante hoſtium ſtationes; captivosque
Afros vinctos, ut erant, oſtendi;
547 207 duos etiam ex iis ſolutos ire ad
Annibalem, & expromere quæ acta
eſſent, juſſit. Annibal, tanto ſimul
publico familiarique ictus luctu,
agnoſcere ſe fortunam Carthaginis
fertur dixiſſe: caſtriſque inde mo-
tis, in Bruttios receſſit.

548 206 XX. Q. Cæcilio Metello, L.
Veturio Philone Conſulibus tota
Lucanorum gens in ditionem po-
puli Romani rediit. In Hiſpania
P. Scipio Pœnorum duces Asdru-
balem Giſgonis filium & Mago-
nem Amilcaris prope Bæculam ur-
bem rurſus profligavit: recedentes
ad Oceanum inſecutus gravi clade
afflixit, & Gades fugere coegit:
Syphacem, Maſæſylorum Regem,
qui regno circa annum U.C. 544.
recuperato in gratiam cum Pœnis
redierat, novo fœdere Romanis ad-
junxit: Caſtulonem & Illiturgin
urbes, quæ poſt cæſos cum exerci-
tibus Scipiones ad Pœnos defece-
rant, recepit: Indibilimque & Man-
donium, Ilergetum & Lacetanorum

Anno U. C. | a. C. N.

regulos, magno prœlio victos, in amicitiam recepit, & primus omnium obſides ab deditiis non popoſcit: 548 206
ſocietatem & amicitiam cum Maſiniſſa junxit: Gaditanos in deditionem accepit: Carthaginenſibusque penitus Hiſpania pulſis, & provincia omni pacata, Romam ingenti cum gloria rediit.

XXI. Anno XIV. poſtquam in 549 205
Italiam Annibal venerat, P. Cornelius Scipio, quem centuriæ omnes ingenti favore Conſulem cum P. Licinio Craſſo dixerant, in Siciliam miſſus fuit; trajecturus inde in Africam, ſi id e republica eſſe cenſeret. Qui dum neceſſaria ad bellum ſumma cum induſtria in Sicilia parat: Locros urbem, occaſione oblata, recepit, & ab Annibalis impetu defendit; interim C. Lælium in Africam prædatum exploratumque miſit, qui exſcenſione ad Hipponem regium facta ingentem agris cladem, Carthagini terrorem intulit.

Eadem æſtate Mago, Annibalis frater, ex minore Balearium inſu-

Anno U.C. | a.C.N.

la, ubi poſt diſceſſum ex Hiſpania
hibernaverat, in Italiam XXX. fer-
549 205 me roſtratis navibus & multis one-
rariis XII. millia peditum, duo e-
quitum trajecit; Genuamque urbem
repentino adventu cepit. Inde ad
oram Ligurum Alpinorum claſſem
appulit: cum Ingaunis ſocietatem
iniit; & Gallis ad famam nominis
ejus undique confluentibus exerci-
tum auxit. Carthaginenſes, exſcen-
ſione Lælii & apparatibus Scipio-
nis anxii, legatis ad duos impera-
tores in Italiam miſſis, ut omni
terrore Scipionem retinerent, mo-
nuere: ad Magonem etiam XXV.
naves longas, ſex millia peditum,
octingentos equites miſerunt, ad
hoc magnam pecuniam ad condu-
cenda auxilia; quibus fretus exer-
citum propius Romam admoveret,
conjungeretque ſe Annibali.

550 204 XXII. Inſequenti anno P. Sem-
pronius Tuditanus Conſul in agro
Crotonienſi cum Annibale infelici-
ter primum; dein, exercitu P. Li-
cinii Proconſulis auctus, proſpere
conflixit: Clampetiam expugnavit;
Con-

Anno U.C.	A.C.N.
550	204

Consentiam, Pandosiam, & ignobiles alias Bruttiorum civitates in deditionem accepit. Alter Consul M. Cornelius Cethegus armis judiciorumque terrore Etruriam continuit; totam ferme ad Magonem, ac per eum ad spem novandi res versam. P. Cornelius Scipio Proconsul, Lilybæo ad Africam profectus cum XL. longis navibus, & quadringentis ferme onerariis, copias ad Pulchrum promontorium exposuit; & mox Hannonem nobilem juvenem, cum equitum ala obvium, cecidit. Tunc Masinissa cum manu equitum Numidarum se ei junxit, pulsus regno ab Syphace; qui, accepta in matrimonium Sophonisbe, Asdrubalis Gisgonis filia, in gratiam cum Pœnis societatemque redierat. Scipio dein ad Uticam castra admovit; alterum Hannonem, cum quatuor millibus equitum ad Saleram urbem vicinam progressum, fudit; Uticam terra marique oppugnavit: instantibus autem hinc Asdrubale & Syphace cum exercitibus, inde hieme; irrito in-

Anno U. C.	a. C. N.
551	203

cepto abſceſſit, & caſtra hiberna in promontorio vicino, quod tenui jugo continenti adhærebat, communiit. Poſtea veris principio bina Syphacis & Aſdrubalis caſtra, clade una, ignibus nocte injectis exercituque circumdato, delevit. Cæſa aut hauſta flammis XL. millia hoſtium ſunt; capta ſupra quinque millia. Brevi tamen, dum Scipio Uticæ iterum oppugnandæ erat intentus, Syphax & Aſdrubal novum coëgerunt exercitum XXX. ferme millium: quos Scipio, cum robore exercitus obviam iis progreſſus, iterum profligavit. Tertium Syphax a C. Lælio & Maſiniſſa victus in Numidia, ipſeque captus eſt; Cirta, caput regni ejus, Maſiniſſæ ſe dedidit. Syphax cum nobiliſſimis Numidis & infinitis ſpoliis Romam miſſus a Scipione: qui interim plura Punicæ ditionis oppida, & noviſſime Tunetem, occupaverat; Punicæque claſſis impetum in ſtationem navium ſuarum ad Uticam levi cum jactura repulerat.

Anno	
U. C.	a.C.N.
551	203

XXIII. Post alteram Syphacis & Asdrubalis cladem legati Carthagine missi fuerunt ad Annibalem & Magonem ex Italia arcessendos. Ibi plures Bruttiorum civitates recens ad Cn. Servilium Consulem defecerant. Annibal frendens gemensque ac vix lacrymis temperans dicitur legatorum verba audisse. Obsequens tamen mandatis eorum, exercitum ab Lacinio promontorio in Africam transvexit; itaque anno XVI. ab Annibale Italia liberata est. Mago, signis in agro Insubrium Gallorum collatis cum M. Cornelio Cethego Proconsule & P. Quintilio Varo Prætore, post multam utrinque cædem victus fuerat; & ad mare in Ligures Ingaunos recesserat. Ubi cum legati ab Carthagine eum adiissent: copiis in naves impositis profectus; sed vixdum superata Sardinia, ex vulnere mortuus est.

Post Syphacis deinde ultimam cladem oratores pacis petendæ Carthagine missi sunt ad Scipionem; induciisque ab ipso impetratis,

Anno
U.C. A.C.N.

Romam ad Senatum. Cum autem appareret, Carthaginenſes moram
551 203 tantum temporis quærere, dum Annibal in Africam trajiceret; Senatus legatos pace infecta, ac prope ſine reſponſo dimiſit. Necdum reverterant ab Roma legati, neque induciarum dies exierat: cum Pœni onerarias naves, commeatus ex Sicilia ad Scipionem transvehentes, tempeſtateque partim ad Aegimurum inſulam, partim ad Calidas Aquas adverſus Carthaginem ipſam delatas, claſſe miſſa, interceperunt; & legatos, Carthaginem ab Scipione miſſos res repetitum, prope violarunt. Scipio tamen legatos Carthaginenſium, Roma revertentes, integros dimiſit.

552 202 XXIV. Prœlium deinde, poſt irritum de pace colloquium, Scipionem inter & Annibalem commiſſum ad Zamam, quinque dierum itinere ab Carthagine. Scipio victor receſſit. Carthaginenſium ſociorumque cæſa ſupra millia XX; par ferme numerus captus: victores ad duo millia cecidere. Anni-

bal

Anno	
U. C.	a.C.N.
552	202

bal cum paucis equitibus Adrumetum fugit; indeque accitus Carthaginem, non alibi quam in pace impetranda spem salutis esse fassus est. Scipio Carthaginensibus, pacem suppliciter per legatos petentibus, has conditiones dixit: ut liberi legibus suis viverent; quas urbes, quos agros, quibusque finibus ante bellum tenuissent in Africa, tenerent; perfugas, fugitivosque & captivos omnes redderent Romanis; & naves rostratas, præter decem triremes, traderent; elephantosque, quos haberent domitos; nec domarent alios; bellum neve in Africa neve extra Africam injussu populi Romani gererent; Masinissæ res redderent, fœdusque cum eo facerent; decem millia talentûm argenti descripta pensionibus æquis in annos quinquaginta solverent; obsides centum arbitratu Scipionis darent, nec minores quatuordecim annis, neu triginta majores; captas per priores inducias naves onerarias, quæque fuissent in navibus, restituerent. Iisdemque legibus ex

Anno U. C.	a.C.N.
553	201

decem legatorum ab Senatu missorum sententia pax facta; & patrum auctoritate populique jussu confirmata. Naves Punicas sibi traditas, provectas in altum, incendi Scipio jussit; quingentas fuisse omnis generis, quæ remis agerentur, auctores tradunt; quarum conspectum repente incendium tam lugubre fuisse Pœnis, quam si ipsa Carthago arderet. Scipio Masinissam Cirta oppido & ceteris urbibus agrisque, quæ ex regno Syphacis in populi Romani potestatem venerant, ad regnum paternum adjectis donavit. Tunc Romam rediit, triumphoque omnium clarissimo urbem est invectus. Idem primus Imperator nomine victæ ab se gentis nobilitatus est, atque Africanus ex eo tempore cognominari cœptus. Ita finem accepit secundum bellum Punicum, post annum XVIII. quam cœperat.

a fine belli Punici ſecundi, ad finem uſque belli Jugurthini:

Complectens ſpatium annorum 95;
ab anno Urbis Conditæ 554. uſque ad 648, — Anno
& ante ChriſtumNatum ab 200 uſque ad 106. U. C. a.C.N.

I. Tranſacto Punico bello, ſecu-
tum eſt Macedonicum ſe- 554 200
cundum contra Philippum regem;
qui dupliciter fœdus violaverat:
quod & Græcis Romanorum ſociis
injurias fecerat, belloque & armis
laceſſierat; & quod nuper Carthagi-
nenſes auxiliis ac pecunia juverat.
Poſt Conſules, P. Sulpicium Gal-
bam II, qui bellum non infeliciter
cœpit; & P. Villium Tappulum qui 555 199
nihil memorabile egit: T. Quincti-
us Flamininus Conſul adverſus Phi- 556 198
lippum miſſus fuit. Hic regem
primo faucibus Antigonenſibus
Chaoniæ, quas occupaverat muni-
veratque, expulit; recedentemque
in Theſſaliam ſecutus per Epirum,
multa oppida partim expugnavit,
partim in deditionem accepit; &
præter Attalum, regem Pergame-

num,

Anno U. C. | a.C.N.

num, Rhodios, Atticos, atque Aeto-
los, qui jam antea classes suas ar-
maque Romanis junxerant, Epiro-
tas, Thessalos, Achæos, Locros,
Nabidem Lacedæmoniorum tyran-
num, Bœotos, ceterasque Græciæ
gentes, ad societatem Romanam
adscivit; Acarnanibus exceptis, qui
soli, odio Aetolorum, in societate
Macedonum manserunt: postremo
557 | 197 regem ad Cynoscephalas Thessaliæ
profligavit; Acarnanes per fratrem
L. Quinctium ad deditionem com-
pulit; pacemque Philippo peten-
ti dedit in has leges: Omnes Græ-
corum civitates, quæ in Europa,
quæque in Asia essent, libertatem
ac suas leges haberent; quæ earum
sub ditione Philippi fuissent, præsi-
dia ex his deduceret; captivos trans-
fugasque redderet Romanis; naves
omnes tectas traderet; ne plus quin-
gentis armatorum haberet, neve
elephantum ullum; bellum extra
Macedoniæ fines ne injussu Senatus
gereret; mille talenta daret popu-
lo Romano, dimidium præsens, di-
midium pensionibus decem anno-

Anno U. C. | a. C. N.

rum; & obſidem dederet filium ſuum Demetrium.

Iſthmiorum deinde ludicro ſolenni libertas Græciæ, ſummo cum 558 196
plauſu gaudioque frequentis omnium Græcorum undique conventus, promulgata per præconem his verbis: Senatus populusque Romanus & T. Quinctius Imperator, Philippo rege Macedonibusque devictis, liberos, immunes, ſuis legibus eſſe jubent Corinthios, Phocenſes, Locrenſesque omnes, & inſulam Eubœam, & Magnetas, Theſſalos, Perrhæbos, Achæos, Phthiotas. Hæ quippe gentes ſub ditione Philippi regis fuerant.

II. Cum Nabis, Lacedæmoniorum tyrannus, Argos urbem, quam 559 195
bello ſuperiori occupaverat, ſub ditione ſua retineret: T. Quinctius Proconſul, conventu omnium ſociarum civitatum legationibus Corinthum edicto, ex decreto illarum bellum Nabidi intulit; Laconiaque evaſtata, & pleriſque ejus oppidis captis, Spartam ipſam oppugnavit (cum interim Argivi præſidium

Anno U. C.	a. C. N.
559	195

tyranni arce sua expulerunt); ratus vero Nabidem aliter quam ruina Spartæ opprimi non posse, in fidem eum accepit his legibus: ab civitatibus Peloponnesi omnibus, quæ se in fidem populi Romani tradidissent, se ipse suosque abstineret; in Creta insula ne quam urbem haberet; quas habuisset, traderet Romanis; ne quam societatem cum ulla Cretensium civitate, aut cum quoquam alio institueret; neve bellum gereret; naves, quas civitatibus Laconiæ maritimis ademisset, redderet; neve ipse navem ullam præter duos lembos haberet; perfugas, captivos omnibus sociis populi Romani civitatibus redderet; exulibus Lacedæmoniis liberos & conjuges restitueret; ne quod oppidum nec castellum in suo alienove agro conderet; obsides daret quinque, in his filium suum; talenta centum argenti in præsenti, quinquaginta in singulos annos per octennium penderet.

Tum ab Sparta Argos profectus Quinctius, Nemeorum ludicro libertatem Argivorum voce præco-

nis

Anno U. C. | a.C.N.

nis promulgavit. Rebus dein Græciæ ordinatis, exercituque deducto,
Romam reversus; ingenti gloria 560 194
triduum triumphavit, ducens ante currum nobilissimos obsides, inter quos Demetrium Philippi filium, & Armenem Nabidis.

III. Bellis his in Græcia transa- 563 191
ctis, brevi secuta sunt Aetolicum, & Syriacum contra Antiochum III. regem, Magnum ob res bene adversus rebelles, Parthos & Bactrianos gestas cognominatum. Lis orta regi cum Romanis de civitatibus Græcis Asiæ, & Lysimachia urbe Chersonesi; quas majoribus
suis olim subditas Antiochus hæ- 577 197
reditario jure sibi vindicabat; Ro- sqq sqq
mani liberas esse, & potissimum Europa regem abstinere jubebant. Quibus de rebus dum per legatos utrinque missos disceptatur; haud leve momentum animo regis adhuc fluctuanti ad bellum moliendum fe-
cit adventus Annibalis; qui patri- 559 195
am suam, odiis veteribus novisque factionis adversæ & metu, ne Romanis traderetur, coactus, reliquerat.

Anno U. C. | a. C. N.

rat. Consilia Annibalis de bello
gerendo primum quidem probavit
Antiochus; mox autem suspicioni-
bus invidiaque & amicorum obtre-
ctationibus deceptus abjecit. Tan-
dem bellum exarsit, Aetolis præci-
pue auctoribus: qui, præter alias
Romanorum injurias, inhonoratis-
simos se omnium Græciæ civitatum
post victoriam ad Cynoscephalas,
cujus ipsi caussa fuissent; nec resti-
tutas sibi, ex legibus fœderis cum
Valerio Lævino pacti, Thebas
Phthias aliaque Thessaliæ oppida
562 | 192 querebantur. Quare legatis ad re-
ges Antiochum & Philippum Na-
bidemque tyrannum missis, suis
quemque stimulis ad bellum Ro-
manum movere instituerunt. Na-
bis extemplo maritima Laconiæ
oppida aggressus est: Achæorum,
quibus ea tuenda T. Quinctius man-
daverat, agrum vastavit; Philopœ-
menem, Prætorem Achæorum, na-
vali prœlio vicit; Gythiumque ex-
pugnavit: sed brevi post terrestri
prœlio prope Spartam a Philopœ-
mene victus, urbique inclusus est.

Eo-

Anno	
U. C.	a C. N.
562	192

Eodem fere tempore cum Thoas princeps Aetolorum, quem miserant ad Antiochum, rediisset; indeque Menippum secum adduxisset regis legatum: decretum concilio Panætolico factum, quo Antiochus ad liberandam Græciam disceptandumque Romanos inter & Aetolos accersitus. Consilium dein ceperunt Aetoli Demetriadem, Chalcidem & Lacedæmonem urbes occupandi. Diocles Demetriade per proditionem potitus est. Alexamenus auxilii specie cum mille peditibus Spartam missus Nabidem quidem per insidias occidit, & regiam occupavit; sed ab Lacedæmoniis cæsus fuit: quos tunc Philopœmen societati Achæorum adjunxit. Thoas Chalcidem frustra tentavit. Idem rursus ad Antiochum profectus; quibus mendaciis de rege, multiplicando verbis copias ejus, erexerat multorum in Græcia animos; iisdem & regis spem inflavit, omnium votis eum arcessi jactans. Quare non ultra differre transitum in Græciam Antiochus constituit; profectusque

Anno
U. C. | a. C. N.

que cum XL. tectis navibus, aper-
tis LX, & CC. onerariis, ac de-
562 192 cem millibus peditum, quingentis
equitibus, Demetriadem appulit.
Inde Lamiam ad concilium Aeto-
lorum profectus, ingenti eorum fa-
vore exceptus, Imperatorque ap-
pellatus fuit. Tum Amynander
quoque, Athamanum rex, ad eum
defecit; & brevi post Chalcis Eu-
boeæ, totaque insula; dein Elei,
Messenii & Bœoti. Thessaliæ
etiam oppida complura in deditio-
nem Antiochus accepit. M. Bæbi-
us Prætor & Philippus Macedoniæ
rex primi cœptis Antiochi obsti-
terunt, & Thessaliæ aliquot oppi-
563 191 da recuperarunt. Dein Manius A-
cilius Glabrio Consul cetera ple-
raque Thessaliæ oppida recepit: &
castra Antiochi in ipsis faucibus
Thermopylarum posita expugna-
vit: unde rex cum exigua manu
semiermium militum Chalcidem
primo, inde Ephesum fugit. Con-
sul Phocidem, Boeotiam, Euboeam
& ceteras fere civitates Græciæ,
præter Aetolos, paucis diebus in fi-
dem

Anno	
U. C.	a. C. N.
563	191

dem accepit, atque sine ullius noxa urbis perpacavit; Heracleam Trachiniæ ab Aetolis occupatam vi cepit & diripuit; dein Naupactum, quo frequentes Aetoli concurrerant, acerrime oppugnavit: veruntamen cum jam prope excidium esset, T. Quinctio Flaminino deprecante, inducias Aetolis dedit, quibus legatos Romam mitterent; & ab obsidione discessit. Interim Philippus rex Demetriadem urbem, Athamaniam, Dolopiam & Aperantiam regiones, ac Perræbiæ quædam oppida in deditionem accepit. Quare filius Demetrius, qui obses Romæ erat, Philippo redditus est; stipendiumque impositum ei remissum.

IV. Mari quoque res prospere gestæ a Prætore C. Livio Salinatore; qui, classe conjuncta cum Eumene II. rege Pergameno, Attali I. Romanorum in bellis Macedonicis socii filio, Polyxenidam præfectum classis Antiochi ad Corycum portum Ioniæ vicit. Dein L. Cornelius Scipio Consul cum

Anno U. C.	a.C.N.
564	190

fratre P. Scipione Africano, qui legatus ei ivit, in Græciam cum imperio profectus, novas ſex menſium inducias Aetolis dedit; exercitumque ex Theſſalia per Macedoniam & Thraciam, proſequente ac præparante omnia Philippo rege, ad Helleſpontum duxit. Interim Rhodii claſſem Antiochi, quam Annibal & Apollonius purpuratorum regis unus ex Phœnicia adducebant, prope Sidam Pamphyliæ vicerunt; & parte claſſis ſuæ ad PataraLyciæ portum conſtituta, Annibalem prætervehi Lyciam & conjungi Polyxenidæ prohibuerunt. Brevi poſt L. Aemilius Regillus Prætor cum claſſe Romana Rhodiorumque ceteris navibus Polyxenidam quoque ad Myonneſum Ioniæ promontorium devicit. Cujus cladis nuncio territus rex præſidium ab Lyſimachia deduci juſſit: & Conſuli jam appropinquanti urbem refertam omnium rerum commeatibus, velut in adventum exercitus præparatis, liberumque iter per Cherſoneſum ad Helleſ-

Anno U. C. 564 a.C.N. 190

pontum reliquit: ubi, omnibus cura Eumenis regis ad trajiciendum jamjam præparatis, velut in pacata littora, nullo prohibente, Romani trajecere. Ipſe poſtea Antiochus circa Magneſiam ad Sipylum, Lydiæ civitatem, a Conſule L. Scipione ingenti proelio fuſus eſt. Ad L. millia peditum, quatuor millia equitum ex parte regis cæſa dicuntur; mille & quadringenti capti, & quindecim elephanti. Tum Thyatira, Magneſia utraque ad Sipylum & Mæandrum, Tralles, Epheſus, aliæque Aſiæ civitates protinus legatos ad dedendas urbes miſerunt: ipſeque rex Antiochus, legatis miſſis ad Conſulem Sardes jam progreſſum, pacem petiit; quæ iiſdem conditionibus data, quanquam victo, quibus ante prœlium offerebatur: ut Europa abſtineat; Aſia omni cis Taurum montem decedat; elephantos tradat omnes, neque alios domet; tradat & naves longas armamentaque earum, neve plures quam decem naves actuarias habeat; pro impenſis in bellum factis XV.

Anno U. C.	a.C.N.	
		millia talentûm pendat; quingenta præſentia; duo millia quingenta,
564	190	cum Senatus populusque Romanus pacem comprobaverint; millia deinde talentûm per duodecim annos: obſides XX. præbeat, & triennio mutet; captivos & transfugas Romanis sociiſque reſtituat; Annibalem & Thoantem, concitatores belli, dedat. Civitatibus Græcis Aſiæ, quæ vectigales Antiochi fuerant, & cum populo Romano ſenſerant, immunitas data; quæ partium Antiochi fuerant, aut ſtipendiariæ Attali regis, veſtigal pendere Eumeni juſſæ. Eidem Eumeni Cherſoneſus in Europa, quibus finibus tenuerat Antiochus; in Aſia Phrygia utraque, Myſia, Lycaonia & Lydia donatæ: Rhodiis, Lycia
565	189	& Caria. L. Scipio Romam reverſus ingenti gloria triumphavit; nomen & ipſe, ad imitationem fratris, Aſiatici accepit, quia Aſiam vicerat; ſicuti frater ipſius, propter Africam domitam, Africanus appellabatur.

V. Cum Aetoli leges pacis ab Sena-

Anno	
U. C.	a.C.N.
565	189

Senatu dictas recuſaſſent; bellum adverſus eos mandatum Conſuli M. Fulvio Nobiliori. Hic, exercitu Apolloniam trajecto, Ambraciam Epiri urbem, quæ tum ſe contribuerat Aetolis, ſumma vi oppugnavit: dum Perſeus, Philippi filius, Amphilochiam Dolopiamque ab Aetolis occupatam; Pleuratus Illyriorum rex & Achæi maritima Aetoliæ oppida vaſtabant. Ambracienſes primo deditionem pacti ſunt. Dein Aetolis quoque pax data his legibus: ut imperium majeſtatemque populi Romani conſervarent; hoſtes eoſdem ſocioſque, quos populus Romanus, haberent; perſugas, fugitivos captivoſque redderent Romanis & ſociis eorum; urbem ne quam formulæ ſui juris facerent, quæ poſt id tempus, quo T. Quinctius trajeciſſet in Græciam, aut vi capta ab Romanis eſſet, aut voluntate in amicitiam veniſſet; quingenta darent talenta, ex quibus ducenta præſentia, trecenta per annos ſex penſionibus æquis; obſides XL. arbitratu Conſulis traderent.

Al-

Anno U.C.	a.C.N.
565	189
566	188

Alter Consul Cn. Manlius Vulso, L. Scipioni successor missus,
565 189 Gallis Asiam incolentibus bellum intulit: quod & auxiliis Antiochum juvissent; & Asiæ libertati graves imminerent, ut nequicquam Anticchus remotus ultra juga Tauri montis esset, nisi opes eorum frangerentur. Ingressus igitur Galatiam Consul, Tolistobojos primum Olympo; dein Tectosagos & Trocmos Megaba monte dejecit, & trans Halyn amnem fugere coegit: locupletissimaque præda, quam avidissima rapiendi gens per multos annos coacervaverat, in castris il-
566 188 lorum potitus est. Leges deinde Gallis, quibus pacem cum Eumene servarent, dixit; denunciavitque, ut morem vagandi cum armis finirent, & agrorum suorum terminis se continerent. Ariarathi, regi Cappadocum, genero Antiochi, veniam per legatos petenti, quod auxiliis socerum juvisset, ducenta argenti talenta Manlius imperavit: exercitumque ex Asia deduxit; qui luxuriæ peregrinæ originem in urbem invexit. Anni-

Anno U. C. a.C.N.

Annibal, qui victo Antiocho, primum in Cretam insulam, tum ad
Prusiam Bithyniæ regem fugerat, 570 184
eumque & alias civitates vicinas ad bellum contra Eumenem Pergamenum incitaverat, repetitus etiam ab illo est per T. Quinctium 571 183
Flamininum: & cum tradendus Romanis esset, militesque a Prusia missi domum ipsius undique sepsissent; venenum bibit, & apud Libyssam in finibus Nicomediensium sepultus est.

VI. Anno XXV. ab fine secun- 582 172
di belli Macedonici, tertium exarsit cum Perseo rege; quod ab ipso jam Philippo caussas cepit. Brevi post bellum cum Aetolis & Antiocho rege compositum, quo Philippus auxilium Romanis tulerat,
& permissu Acilii Consulis Atha- 563 191
maniam, Thessaliæ ac Perræbiæ quædam oppida ab Aetolis occupata, & Magnetum gentem suæ
ditionis fecerat: Thessali & Per- 569 185
ræbi de urbibus suis a Philippo possessis apud Senatum questi sunt; Athamanes quoque libertatem re-

petie-

Anno U. C. | a. C. N.

petierunt. Accesserunt Eumenis Pergameni querelæ de Thraciæ
569 185 oppidis per vim ab Macedone occupatis, & multitudine Thracum in Macedoniam traducta. Legati ad controversias has dirimendas ab Senatu missi, concilio regi & civitatibus Græcis, quibus cum illo lis erat, ad Tempe Thessalica indicto, disceptationeque audita: utrum Thessalorum juris, cum vi ademta possessaque ab Aetolis forent, an (quod Acilius Philippo illa concedens censuerit) Aetolica antiquitus ea oppida fuissent; pronunciarunt: placere deduci præsidia Macedonum ex iis urbibus; & antiquis Macedoniæ terminis regnum finiri. Iidem legati litem de Thraciæ oppidis medio responso suspenderunt: si decem legatorum & Manlii Proconsulis decreto Eumeni datæ Aenos, Maronea, ceteræque Thraciæ civitates essent, nihil se mutare; si Philippus bello cepisset eas, præmium victoriæ jure belli habiturum; si neutrum eorum foret, placere cognitionem senatui refer-

	Anno U. C.	a. C. N.
reservari; & ut omnia in integro manerent, præsidia, quæ in iis urbibus sint, deduci. Aliam deinde legationem Patres in Macedoniam	570	184
decreverunt; cui mandatum: ut ab Aeno & Maronea præsidia deducerentur, maritimaque omnis Thracia a Philippo & Macedonibus liberaretur. De quibus certior factus ab legatis suis, quos Romam miserat, Philippus in Maronitas iram effudit; & nocte Thracibus intromissis, velut in bello capta urbe cædem fecit. Apud legatos tamen Romanos abnuit hoc ad se aut quemquam suorum pertinere; filiumque Demetrium ad purganda crimina Romam misit; & obedienter adversus Romanos omnia fecit, ne quam movendi extemplo belli causam præberet. Interim animum a colligendis ad bellum viribus non remisit; & accolas Istri fluminis barbaros, nominatim Bastarnas, ut in Italiam irrumperent, sollicitare instituit. Executurum, quæ pri-		
dem moliebatur, mors oppressit. Nam paucis post diebus gens Bastar-	575	179

Anno
U. C. a C. N. starnarum ab suis sedibus Istrum
trajecit, per Thraciam ductura in
575 179 Dardanos, gentem semper infestis-
simam Macedoniæ; iisque deletis,
in illorum agro fundatura sedes;
tum relictis in Dardania conjugi-
bus liberisque, per Scordiscos itura
ad mare Adriaticum Italiamque:
in quorum bellum aversis Roma-
nis, Philippus recuperaturus erat
in Græcia, quæ amiserat. Sed mors
ipsius omnem ordinem consilii, &
primo statim pacatum per Thra-
ciam transitum turbavit. Hinc fa-
ctum, ut cetera Bastarnarum mul-
titudo transdanubianam regionem
repeteret: tantum XXX. ferme
millia ad Dardaniæ fines pergerent;
quos Dardani, aliquamdiu toleratis
579 175 ipsorum injuriis, tandem profliga-
runt.

575 179 Perseus post patris Philippi mor-
sqq sqq tem potitus regno, dum firmaret
res, legatos Romam misit ad ami-
citiam renovandam, petendumque
ut rex ab Senatu appellaretur: Ba-
starnas nec accitos ab se, nec se au-
ctore quicquam facere affirmavit Pa-

tri-

	Anno U.C.	a.C.N.
tribus, non persuasit. Dein civitatum Græciæ Asiæquæ animos sibi conciliare enixe, nec conatu penitus irrito, laboravit.	580	174
Boeotos ad scribendum amicitiæ foedus adduxit. Spe novarum tabularum, ut manu debitorum obnoxia sibi optimates opprimeret, seditiones in Thessalia, Perræbia & Aetolia miscuisse; legatos Carthaginem clam misisse;		
Arthetærum omnium Illyriorum fidissimum Romano nomini regulum, immissis percussoribus interfecisse accusatus est. Abrupolim, Thraciæ regulum, socium atque amicum Romanorum, regno expulit. Eumenem regem, qui Romam ad deferenda de ipso crimina indicandosque apparatus belli venerat, redeuntem in regnum,	581	173
prope Delphos per insidiatores parum absuit quin interficeret. Ab L. Ramnio Brundusii principe promissis ingentibus præmiis petiisse accusatus est, ut ducibus Romanis & legatis, hospitio ejus uti consuetis, quibus eorum ipse scripsisset, venenum dandum	582	172

cura-

Anno
U. C. a.C.N. curaret. Hostis itaque ab senatu Perseus judicatus; quippe qui non
582 172 justum modo appararet bellum, sed per omnia clandestina grassaretur scelera latrociniorum ac veneficiorum.

583 171 VII. P. Licinius Crassus Consul contra Perseum, jam Thessaliam ingressum, missus est; & ad Peneum amnem equestri proelio a rege victus. Neque tamen ei per legatos petenti pacem dare voluit, nisi liberum Senatui permittat jus de se deque universa Macedonia statuendi. Altero deinde proelio in agro Thessaliæ Phalannæo Consul modico successu animos suorum refecit. Perseus, relictis in Thessalia præsidiis, in Macedoniam rediit, ut fines ejus adversus Dardanos tueretur. Consul Perræbiam regionem, Larissam urbem, & Boeotiæ civitates recepit.

584 170 A. deinde Hostilius Mancinus Consul nullam rem bellicam memorabilem gessit. Perseus, Dardanis profligatis, & Epirotarum atque Aetolorum factione sibi adsci-

Anno U.C. 585 | a.C.N. 169

ta ut Macedoniam, ſecuram ab Thracia ſocietate Cotys regis, ab Illyrico quoque tutam præſtaret, Uſcanam & Oeneum oppida occupavit: Gentiumque, Illyriorum Labeatium regem, Pleurati filium, ad ſocietatem belli per legatos ſollicitare coepit. Tum certior factus, Q. Marcium Philippum II. Conſulem ex Theſſalia in Macedoniam tendere: præſidiis ſaltus omnes, jugum præſertim Cambuniorum montium, occupavit; ipſe cum reliquis copiis circa Dium conſedit. Conſul tamen ingenti cum labore & periculo per ſaltum prope Octolophum penetravit, caſtraque Heracleum inter & Libethram poſuit. Rex ſubito pavore attonitus, nudatis omnibus præſidiis patefactiſque bello, Pydnam refugit. Veruntamen cum Conſul, jam per fauces circa Dium ad Haliacmonem fluvium progreſſus, inopia rerum omnium Philan recedere coactus fuiſſet: Perſeus, Dium regreſſus, quinque millia paſſuum ab urbe citra ripam Enipei amnis, tranſitu

per-

Anno U. C. | a.C.

perdifficilis, caſtra muniit. Conſul, Heracleo capto, hiberna ibi præparavit, viasque commeatibus ſubvehendis ex Theſſalia munivit.

586 168 Hoc ſtatu rerum cum L. Aemilius Paullus II. Conſul (Aemilii, qui ad Cannas cecidit, filius) ad exercitum veniſſet; protinus caſtra ad Enipeum amnem movit. Cujus ripa cum natura & operibus inexſuperabilis videretur: ut viam ſibi Conſul aperiret, P. Scipionem Naſicam & Q. Fabium Maximum filium ſuum cum quinque delectis millibus ſecreto ad Pythium adoriendum miſit; ipſe, ut diſtineret regem ab circumſpectu rerum aliarum, ſtationes hoſtium ad flumen levis armaturæ prœliis laceſſivit. Cum Naſica, præſidio regis profligato, ſaltum perrupiſſet; ad Pydnam Perſeus receſſit. Quo ſecutus eum Conſul, pridie Nonas Septembris cum ipſo dimicavit; vicitque eum XX. millibus peditum Macedonum occiſis, XI. millibus captis. Equitatus cum rege prope integer pugna exceſſit. Ex

Anno	
U. C.	A.C.N.
586	168

victoribus non plus centum cecidisse traduntur. Perseus Pellam primo, tum Amphipolin fugit; inde, pecunia & auro argentoque in lembos, qui in Strymone stabant, delatis, cum liberis & paucis comitibus fugæ in Samothracen insulam trajecit. Urbes Macedoniæ omnes Consuli se extemplo dediderunt. Cn. Octavius Prætor classem Samothracen appulit: cui se Perseus, cum frustra ad Cotym regem aufugere tentasset, & ab amicis desereretur, tradidit.

VIII. Ante Perseum debellatum jam Gentius quoque, ad Romanum ab ipso incitatus bellum, devictus fuit ab L. Anicio Prætore. Qui primum lembos a Gentio ad populandos Dyrrachinorum Apolloniatiumque agros missos, paucis primo concursu demersis, pluribus captis, profligavit; ceteros fere, circa vicinas continenti insulas latentes, insulasque ipsas, quotquot ditionis Gentii erant, dein & urbes plerasque regionis ejus in deditionem accepit. Tum ad Scodram,

ca-

Anno U. C.	a.C.N.	
586	168	caput regni, ducto exercitu, facili prœlio Gentium vicit; tantumque ei intulit terrorem, ut triduo post urbem seque Prætori dederet. Mater etiam Gentii, uxor, & duo filii, frater quoque ejus, paucis post diebus cum Medeone oppido in potestatem Romanorum venerunt. Ita bello intra XXX. dies perfecto, ante cognitum est Romæ Gentium victum, quam cœptum bellum nunciaretur.

Illyrico pacato, Prætor in Epirum profectus; oppida ejus omnia, quæ nuper, principibus quibusdam auctoribus, ad Perseum desciverant, partim deditione, partim vi recepit.

IX. Bello, quod Perseus concitaverat, undique exstincto: Aemi-
587 167 lius Paullus Proconsul Amphipoli, quo adesse denos civitatum Macedoniæ principes jusserat, cum decem legatis Roma ad componendas res missis, circumfusa omni Macedonum multitudine, in tribunali consedit; & quæ Senatui ac sibi ex consilii sententia visa essent, pro-

nun-

Anno	
U. C.	a. C. N.
587	167

nunciavit: liberos esse jubere Macedonas, habentes urbes easdem agrosque, utentes legibus suis, annuos creantes magistratus; tributum dimidium ejus, quod pependissent regibus, pendere populo Romano; in quatuor regiones dividi Macedoniam, quarum capita Amphipolis, Thessalonice, Pella & Pelagonia essent; neque connubium, neque commercium agrorum ædificiorumque inter se placere cuiquam extra fines regionis suæ esse; metalla auri & argenti non exerceri, ferri & æris permitti; navalem materiam nec ipsos cædere, nec alios pati; regionibus, quæ confines barbaris essent, licere præsidia armata in finibus extremis habere. Regis amici purpuratique, duces exercituum, præfecti navium aut præsidiorum, ceterique omnes qui in aliquibus ministeriis regiis fuerant, quorum nulli civilis animus, nec legum nec libertatis æquæ patiens, putabatur, jussi cum liberis majoribus quam XV. annos natis, Macedonia excedere, atque in Italiam ire.

Anno U. C.	A.C.N.
587	167

Pariter Anicius Proprætor Scodræ, quo quinque legati ab Roma venerant, evocatis ex tota provincia principibus, pro tribunali pronunciavit: Senatum populumque Romanum Illyrios eſſe liberos jubere; immunes etiam eſſe Liſſenſes, Taulantios, Daorſos, alioſque, qui incolumi Gentio ad Romanos defeciſſent; ceteros vectigal dimidium ejus pendere, quod regi pependiſſent; Illyricum in tres regiones dividi.

Tum in civitates Græciæ principesve earum, qui ad Perſeum deſciverant, aut ex occulto ei faviſſent, ſevere inquiſitum decretumque. Romanæ factionis principibus indultum, in adverſarios cædibus, exilio, criminationibus graſſari; omnemque ad ſe auctoritatem rapere. Superſtites Perſei fautores, multoque plures civitatum principes ideo tantum criminis hujus accuſati, quod libertatem & leges tuebantur, nec Romanorum imperium adulabantur, ingenti numero ex Aetolia, Acarnania, Epiro,

Boeotia

Anno U. C. | a.C.N.

Boeotia & Achaja Romam evocati ad caussam coram Senatu dicendam; qui eos, indicta caussa, quasi 587 | 67
jam a suis convictos judicatosque, circum municipia & colonias Italiæ custodiendos dimisit. Epiri oppida circiter LXX, nuper ab Anicio recepta, Aemilii Aniciique militibus diripienda ab Senatu data; & muri illorum diruti. Rhodii quoque & Eumenes rex, qui initio belli Romanos auxiliis juverant, deinde autem pacis conciliandæ studio dubiam fidem suam fecerant, castigati. Cares Lyciique, Rhodiis post bellum Syriacum dati, liberi esse jussi: nec ante reddita Rhodiis deprecantibus societas, 589 | 165
quam publico judicio universos damnassent, qui ab Romanis eos alienasse arguebantur. Eumenes de victoria gratulatum in Italiam profectus, & jam Brundusium appulsus, Senatusconsulto ab urbe adeunda prohibitus; Prusiæ etiam, Bithyniæ regis, & Gallo-Græcorum adversus eum querelis injuriisque fuit indultum. Antiochus IV. Epiphanes,

Anno U. C. | a.C.N.

Syriæ rex, Antiochi M. filius, qui
omnia quidem auxilia ad bellum
Macedonicum eximie Romanis pol-
licitus erat, ſed Aegypti regno im-
minens opportunitate ejus invaden-
di oblata uti ſatagebat, bello ab-
586 168 ſtinere & Aegypto excedere juſſus.
Cui jam Peluſio, Memphi, aliisque
urbibus potito, & Alexandriam du-
centi, cum legati Romani C. Po-
pillius Lænas, C. Decimius, C. Ho-
ſtilius, quarto ab Alexandria milli-
ario, brevi poſt Aemilii Conſulis
de Perſeo victoriam, occurriſſent;
& advenientes Antiochus ſalutas-
ſet; dextramque Popillio (quem
inter alios coluerat, cum Romæ ob-
ſes eſſet) porrigeret: decretum Se-
natus ei Popillius tradidit, atque
omnium primum id legere juſſit.
Quo perlecto, cum ſe conſideratu-
rum adhibitis amicis, quid facien-
dum ſibi eſſet, rex dixiſſet: Popil-
lius virga, quam in manu gerebat,
Antiochum circumſcripſit; ac pri-
usquam hoc circulo excedas, in-
quit, redde reſponſum, Senatui quod
referam. Obſtupefactus tam vio-
lento-

Anno U. C. a.C.N.

lento imperio rex, cum parumper hæsitasset: faciam, inquit, quod censet Senatus. Tum demum Popillius 586 168
dextram regi, tanqam socio atque amico, porrexit.

Aemilius, deductis ex Græcia exercitibus, 587 167
Romam cum ingenti pompa rediit in nave Persei, quæ inusitatæ magnitudinis fuisse traditur, adeo ut XVI. ordines dicatur habuisse remorum. Triduo magnificentissime triumphavit; filiis qui bello interfuerant, Q. Fabio Maximo, P. Cornelio Scipione Aemilianis (in adoptionem datis, illo quidem Q. Fabio Maximo Labeoni, Cunctatoris nepoti; hoc, P. Scipioni, Africani filio) inter alios illustres viros currum sequentibus. Ducti sunt ante currum duo regis filii, & filia, ipseque Perseus XLV. annos natus. Post eum etiam Cn. Octavius navalem de Perseo triumphum egit: & L. Anicius de Illyriis triumphavit; Gentiusque rex cum conjuge, fratre & filiis ante currum ductus est. Perseus post triumphum in carcerem Albanum

Anno U. C. a.C.N.

conditus, indeque L. Aemilio Paullo deprecante exemtus, in libera cuſtodia Albæ biennium vixit; tum vero inedia necem ſibi conſcivit. Alexander, ſolus liberorum patri ſuperſtes, fabriles artes didicit, quibus ſe toleraret; deinde ſcriptum fecit, operamque eam magiſtratibus Albanis locavit. Gentius cum familia Iguvium Umbriæ in cuſtodiam traductus fuit.

X. Per hæc tempora Romani frequentia bella & fere continua cum Gallis Liguribusque Ciſalpinis, ac Hiſpanis geſſerunt. Præterea cum Sardis & Corſis rebellibus, iterumque cum Iſtris, nec non cum Dalmatis, & Liguribus Transalpinis fuit bellatum.

554 200 Inſubres quippe, Cenomani & Boji, excitis Salyis, Ilvatibusque & ceteris Liguſtinis gentibus, Amilcare Pœno duce, qui in iis locis de Magonis exercitu ſubſtiterat, Placentiam diripuerunt, & Cremonam oppugnarunt. Inde bellum acre & ſæpius anceps. Conſul
563 161 P. Cornelius Scipio Naſica (Cn. Sci-

Anno U. C. | a. C. N.

Scipionis, qui in Hispania cecidit,
filius, M. Acilii Glabrionis, qui
Antiochum ad Thermopylas vicit, 563 | 191
collega) Bojos internecino affli-
ctos prœlio in deditionem accepit;
obsidibusque imperatis, agri parte
fere dimidia mulctavit: in quem
dein coloniæ deductæ Bononia (an-
no U. C. 565), Mutinaque & Par-
ma (anno U. C. 571). L. Aemilius
Paullus, primum Consul, pacem & 572 | 182
inducias petere Ligures Ingaunos sq | sq
coëgit; idemque Proconsul eos gra-
vi clade postratos in deditionem ac-
cepit. Proximo anno P. Cornelius 574 | 180
Cethegus, M. Bæbius Tamphilus
Proconsules, & Q. Fulvius Flaccus
Consul Apuanorum Ligurum ad
XLVII. millia in deditionem acce-
pta ex Senatus consulto in agrum
publicum populi Romani, qui Tau-
rasinorum in Samnitibus fuerat, tra-
duxerunt. Dein P. Mucius Scævola 579 | 175
Consul Briniates Ligures debella-
vit; & Stateliates M. Popillius 581 | 173
Lænas Consul, qui acerbe in dedi-
tos sæviit.

Anno post secundum bellum Pu- 557 | 197

Anno
U. C. a.C.N. nicum quarto Prætores duo novi
Romæ creari cœpti, qui Hispanias
557 197 citeriorem atque ulteriorem obti-
sq sq nerent: quo novo administrandæ pro-
vinciæ instituto excita Hispania
magno tumultu ad bellum diutinum
559 195 consurrexit. M. Porcius Cato Con-
sul acri prope Emporias prœlio
Hispanos fudit; plerasque cis Ibe-
rum civitates in deditionem acce-
pit; & ne rebellare possent, oppi-
dorum muros diruit, arma deditis
ademit. Tib. Sempronius Grac-
576 178 chus Proprætor, pluribus prœliis
victor, fœdere cum Celtiberis gen-
tibusque vicinis eorum sociis com-
posito, magnam Hispaniæ partem
amicitiæ ditionique populi Roma-
602 152 ni reddidit. M. Claudius Marcellus
III. Consul clementia, qua in Ocilin
urbem ab se recuperatam usus est, A-
revaccos Celtiberosque rebelles ad
pacem petendam commovit; & mul-
cta obsidibusque imperatis, in Grac-
chanas fœderis leges recepit. Serv.
603 151 Sulpicius Galba Prætor XXX. Lu-
sitanorum millia, pacem sedesque
idoneas rogantia, fraude oppressa
tru-

	Anno	
	U. C.	a C. N.
trucidavit, vel in ſervitutem vendidit; nec niſi perpauci crudelem ejus perſidiam effugerunt; quos inter Viriatus, quem fortuna vindictæ ſervavit.		
Iſtrico bello ſecundo Aquileja colonia in Venetiam deducta,	573	181
conſecutæque Iſtrorum in fines Romanos excurſiones occaſionem dederunt. A. Manlius Vulſo Conſul	576	178
caſtra, ſubito pavore ab Iſtris illato, amiſit; eadem tamen ſtatim recepit, Iſtrosque vino ac ſomno obrutos cecidit. Et proximo anno C.	577	177
Claudius Pulcher Conſul Neſactium oppidum vi expugnavit, totamque Iſtriam in deditionem accepit.		
Claudii Conſulis Collega, Tib.	577	177
Sempronius Gracchus, Sardos, qui rebellaverant, multis prœliis perdomuit; inſulaque omni pacata, multitudinem captivorum ingentem ex ea abduxit.	ſq	ſq
Dalmatæ, qui ſub Pleurato Illyriorum rege fuerant, ſed a filio ejus Gentio defecerant, non contenti libertate acquiſita, vicinos ad ſervitium cogere cœperunt: tributoque pe-		

corum

Anno
U. C. a.C.N.

corum & frumenti nonnullis imposi-
to; alios, qui id abnuebant, perpetu-
is latrociniis vexabant. Lissenses
præcipue & Daorsi, fiducia fœderis
Romani, resistebant. Quorum que-
596 158 relis Romam delatis, placuit lega-
sq sq tos mitti res repetitum. Quos cum
Dalmatæ contumeliose excepissent;
bellum contra eos mandatum fuit
598 156 C. Marcio Figulo II. Consuli: qui
ignominiam primo & pene cladem
accepit; postea autem illam ultus
599 155 est. Dein P. Cornelius Scipio Na-
sica II. Consul Delminium, gentis
caput, expugnavit; confectoque bel-
lo, Dalmatiam in provinciam rede-
git.

Eodem anno legati Massilia mis-
si Romanorum opem implorarunt
adversus Ligures Oxybios & De-
ciates; qui Niceam & Antipolin
Massiliensium colonias obsidebant.
600 154 Tum igitur Romani primum in
Gallia Transalpina bellum gesse-
runt duce Q. Opimio Consule: qui
victos & in deditionem acceptos
Oxybios Deciatesque arma trade-
re, & obsides Massiliam mittere jus-

	Anno U. C.	a. C. N.
ſit; præterea ex agro capto ac dedito, quam potuit plurimum, Masſilienſibus dedit.		
XI. Tertium deinde bellum contra Carthaginem ſuſcipitur, ſexcenteſimo quinto anno ab Urbe condita, L. Marcio Cenſorino, Manio Manilio Conſulibus, anno LII. poſtquam ſecundum Punicum bellum tranſactum erat.	605	149
Maſiniſſa, Numidiæ rex, ut omnibus temporibus amicitiam Romanorum ſummo ſtudio coluit; bellisque præſertim contra Philippum, Antiochum & Perſeum reges frumento, auxiliis pedeſtribus equeſtribusque, ac elephantis eos juvit: ita nullam quoque occaſionem dimiſit, quin Carthaginenſes & apud Romanos criminaretur, & in factiones diſtraheret; ac locum injuriæ ratus, partem aliquam agri ipſorum, ſpecie juris antiqui & legum pacis a P. Scipione dictarum, invaderet.		
Sic, ingruente Antiochi bello, Emporia regionem fertilisſimam partim depopulatus eſt, partim ſibi vectigalem fecit. Poſtea agro	561	193

Anno
U. C. a.C.N. agro Carthaginenſes expulit, quem
ab illis pater ipſius Gala olim ce-
572 182 perat, Galæ dein ereptum Syphax
Pœnis reſtituerat. Tum, bello
580 174 Perſei imminente, amplius LXX.
ſq ſq oppida caſtellaque agri Carthagi-
nenſis vi atque armis occupavit.
Romani, ad quos Carthaginenſes
frequenter legatos de injuriis que-
ſtum miſerunt, nec Pœnis tutari
ſé bello adverſus Maſiniſſæ arma
permiſerunt, nec lites obortas judi-
602 152 cio ſuo diremerunt. Tandem Pœ-
ni, novis ſubinde injuriis Maſinis-
ſæ laceſſiti, claſſem copiasque pa-
rare inſtituerunt; legatos, qui Ro-
ma venerant de apparatibus his que-
ſtum, deque controverſiis cum Maſi-
niſſa diſceptatum, tumultu concita-
to ex urbe aufugere coëgerunt; &
principes civitatis, qui Romano-
rum & Maſiniſſæ rebus ſtudere ar-
guebantur, quadraginta ferme, exi-
lio mulctarunt. Maſiniſſa, ad quem
exules confugerunt, Guluſſam fili-
um, qui de reditu illorum ageret,
Carthaginem miſit. Quo ab urbe
non ſolum excluſo, ſed vi etiam
ho-

Anno

U. C.	a.C.N.

hostili repulso; rex bellum confe-
stim Pœnis intulit, Oroscopam-
que oppidum obsedit. Asdrubal, 603 151
Carthagine cum exercitu adversus eum missus, ab obsidione quidem oppidi discedere regem coëgit: sed brevi post, pugna loco iniquo cōmmissa, victus; & in colle, in quem se cum reliquis copiis receperat, obsessus est. Quibus fame subactis has Masinissa leges dixit: ut arma & transfugas traderent, talentorum centenorum vectigal per annos quinquaginta penderent, exulesque reciperent. Ita cum singulis tunicis ignominiose dimissos Gulussa, violatum in se legationis jus ultturus, cædi ab Numidis equitibus jussit; nec nisi pauci cum duce evaserunt. Quarum rerum nuncio
Romam allato, Senatus omnia ad 604 150
bellum parari jussit. Carthaginenses, ut instinctu paucorum, non publico consilio bellasse viderentur, Asdrubalem ducem, & ex magistratibus Carthalonem, aliosque nonnullos principes perduellionis reos pronunciarunt; missisque Romam

lega-

Anno
U. C. | a.C.N. legatis, purgare ſe Senatui allabo-
rarunt. Sed reſponſum non acce-
604 | 150 perunt, niſi dandam eſſe operam,
ut de fœdere violato Senatui popu-
loque Romano ſatisfiat. Quæ for-
mula ambigua conſternationem Car-
thagine ſummopere auxit. Interim
Romæ in ſenatu ſententiis de Pu-
nico bello certabatur: cum M. Por-
cius Cato ſalvam eſſe rempublicam
poſſe, ſtante Carthagine, negaret;
P. Cornelius Scipio Naſica, ne
Carthaginis excidium Romanis
quoque rebus, urbis æmulæ metu
remoto, perniciem afferret, relin-
qui illam oportere contenderet.
605 | 149 Vicit ad extremum ſententia Ca-
tonis; bellumque Pœnis indicen-
dum Patres cenſuere: quod contra
fœdus naves haberent; extra fines
exercitum contra Maſiniſſam, ſoci-
um amicumque regem, duxiſſent;
& legatos violaſſent, aut non admi-
ſiſſent. Quod ut decerneret, ma-
gnopere Senatum impulit Uticen-
ſium factum, qui per idem tempus
legatis Romam miſſis, ſe ſuaque
omnia in populi Romani fidem ac
po-

Anno	
U. C.	a. C. N.
605	149

potestatem dediderunt. Consules sine mora jussi in Siciliam, indeque in Africam trajicere cum classe CL. navium longarum, & exercitu terrestri LXXX. millium peditum, IV. millium equitum; iisque secreto mandatum, ne quem bello finem, nisi diruta Carthagine, facerent.

XII. Carthaginenses delectos ex primoribus triginta Romam miserunt, ut quibuscunque conditionibus pacem impetrarent. Quibus ægre ad Senatum admissis, cum urbem Carthaginem agrumque & omnia sua in fidem populi Romani se permittere declarassent, responsum a Prætore: quando ad optimum tandem consilium Pœni animos adjecissent, Patres ipsis libertatem, leges suas, agrum, sacra, quicquid denique publice aut privatim possiderent, concedere; quorum ita compotes forent, si triginta dierum spatio, antequam Consules in Africam proficiscerentur, obsides trecentos ex senatorum principumque liberis Lilybæum mitterent, & Consuli-

suli-

Anno ſulibus dicto audientes forent. Quod
U. C. | a. C. N. poſtremum, omiſſaque urbium men-
tio etſi angeret Pœnos; obſides ta-
605 | 149 men imperatos, principes juventu-
tis, non ſine ſummo luctu dimiſſos, ante diem præſtitutam Conſulibus Lilybæi dediderunt. Hi cetera, quæ ad pacem pertinerent, Uticæ ſe imperaturos reſponderunt; protinusque cum exercitu in Africam navigarunt. Ibi cum ad Uticam illis legati Carthaginenſium præſto fuiſſent, quid juberent, exquiſituri; naves, & quicquid publice ac privatim armorum haberent, telaque & catapultas tradi imperarunt. Non auſi repugnare Carthaginenſes; miſſique ad exurendam claſſem & accipienda arma Quæſtores Conſulum. Tum exarmatis quidlibet tuto imperari poſſe rati Conſules delectos ex Senatu Punico arceſſiverunt; quibus poſtrema, quæ facienda eſſent, denunciarent. Ea fuerunt: urbem aliam in Africa, quæ ipſorum juris ſit, ubicunque viſum fuerit, ſed decem ad minimum millia paſſuum a mari, & ſine muris Pœni conde-

Anno	
U. C.	a.C.N.
605	149

rent; eam enim, quam incolant, solo se æquare jussos. Mandatis his Carthaginem perlatis, adeo omnium animi exarserunt, ut vel in defensa patria victuros se conclamarent, vel in defendenda morituros. Servi ad libertatem militiamque vocati; Asdrubal exul, qui cum exercitu collecto haud procul urbe consederat, injuriarum oblivisci, Carthaginensiumque imperator rebus foris gerendis esse rogatus; in urbe alius Asdrubal cum imperio esse jussus; delubris omnibus ædificiisque amplioribus in officinas publicas versis, viri, fœminæ, pueri, senes, non die non noctu intermisso labore, armis fabricandis insudarunt: ferro & ære, cujus antiquitus copia ingens superfuerat, non sufficiente; statuas conflatas, & pro viliori metallo aurum argentumque adhibuerunt: & cum ad catapultas tendendas funium inopia esset, ancillas primum raserunt, ut ex earum capillis torquerentur; mox etiam matronæ crines suos huic usui contulerunt.

Anno U. C.	a.C.N.
605	149

Consules contra, sive ut pœnitentiæ spatium furentibus darent, sive urbem inermem, quandocunque libuisset, opprimi posse rati, cunctabantur. Tandem spe deditionis exspectatæ frustrati exercitum ad Carthaginem admoverunt; nec nisi de scalis comparandis solliciti, urbem Manilius a terra, Marcius ab mari oppugnare instituerunt. Sed ubi novis armis instructi Carthaginenses ubique se objecerunt fortissime pugnantes; inopinata re turbati retro cesserunt. Tum machinis instructis urbem adorti, iterum re infecta discesserunt. Brevi post Marcius Consul Romam ad comitia habenda rediit. Pœni tum audacius acriusque Manilio Consuli instare tam ex urbe, quam ex castris ad Nepherim castellum positis: quæ & ipsa Consul, excursionibus continuis Phameæ præsertim, qui equitatui præerat, fatigatus, irrito conatu oppugnavit. Et sæpe Romani cladem perpessi insignem fuissent, nisi P. Cornelius Scipio Aemilianus obstitisset, qui tum Tri-

bunus

Anno	
U. C.	a C. N.
606	148

bunus legionis ibi militabat, paratissimus ad dimicandum pariter atque consultissimus.

XIII. Per idem tempus Masinissa rex Numidarum, per annos fere LX. amicus populi Romani, anno vitæ XCVII. mortuus est, XLIV. filiis relictis; Scipionemque divisorem regni inter filios esse jussit: qui ceteræ quidem filiorum turbæ, præter dona a patre accepta, oppida quædam agrosque assignavit; penes legitimos tres filios regnum communiter esse jussit; seorsim vero Micipsæ natu maximo & pacis amanti Cirtam urbem vectigaliumque administrationem; Gulussæ, viro militari, pacis ac belli arbitrium; Manastabali, ob Græcarum litterarum legumque studium, judicia tribuit. Inde cum Gulussa & equitatu Numidico rediens ad castra Scipio Phameam, cum bis mille ducentis equitibus, in fidem accepit; Romanumque exercitum imminenti rursus periculo liberavit. Quibus prospere gestis, ad Aedilitatem curulem petendam discessit

Anno U. C. | a.C.N.

606 | 148

maxima cum gloria & affectu exercitus, læta omnia precantis, ſupplicantiſque deos, ut reverti eum in Africam Conſulem ad expugnandam Carthaginem annuerent.

Interea L. Calpurnius Piſo Conſul & L. Mancinus Prætor, cum imperio ad Africam miſſi, a Carthagine & caſtris Aſdrubalis abſtinere, ſocias tantum Poenorum urbes obire & avellere decreverunt: ſed Clypea primum, dein Hippone Zaryto fruſtra oppugnandis æſtatem conſumſerunt. Aſdrubal autem, qui caſtris præerat, urbanæ etiam militiæ imperium vi arripuit.

XIV. Romæ ubi primum ſe Scipio oculis populi obtulit; resque ab ipſo in Africa geſtæ, & favor exercitus, & nomen Scipionum animis occurrerunt: adeo enixe multitudo Conſulem eum ad bellum Punicum popoſcit, ut privilegium ferre Patres coacti fuerint, quo legibus annalibus, Conſulem ante annum ætatis XLIII. fieri vetantibus, ſolveretur. Itaque anno fere ætatis XXXVII. Conſul factus Scipio,

&

Anno U. C.	Anno a.C.N.
607	147

& cum imperio in Africam missus. Ubi primum milites, pro labore & bello otium ac rapinas sectari sub Calpurnio Consule assuetos, adstricta restitutaque disciplina correxit. Tum Megara, regionem urbis, vi expugnavit; Poenosque in Byrsam compulit tanto cum terrore, ut etiam, qui ante urbem castra habebant, relictis illis, in urbem confugerent. Consul, crematis hostium castris, fauces mare inter & paludem amplius ter mille passuum, quibus urbs continenti adhærebat, transversa duplici fossa, præacutis undique vallis, & aggere a tergo ac lateribus, muro turribusque a fronte adversus urbem munita, occlusit. Dein portus quoque ostium obstruere instituit; moleque ingenti acta improbo labore, irritis omnibus obsessorum conatibus, effecit. Tum Carthaginenses, quos fames jam urgere coepit, novum effodere ostium; simul ex veteri, quæ supererat, materia classem construere aggressi, opus tanto silentio perfecerunt; ut Romanis nihil innotesceret, donec

Anno
U. C. a.C.N.

aperto portu subita classis emicuit triremium L. cum aliis levioribus
607 147 navigiis haud paucis, ad omnem usum belli instructa. Attoniti portus novi classisque prodigio Romani cladem accipere potuissent, si Poeni absque mora classem illorum adorti essent. Triduo post pugnatum summa utrinque contentione & incerta victoria in noctem usque; donec Carthaginenses turbati in urbem recedere, & depressas aut captas relinquere plerasque naves coacti sunt. Quibus intra munitiones compulsis; Scipio cum parte copiarum castra primo ad Nepherin, ipsumque castellum vi expugnavit; tum cetera præsidia Punica, quæ passim adhuc per Africam erant, in fidem accepit: sicque Pœnis, uni inclusis urbi, omnem deinceps commeatus undecunque recipiendi facultatem intercepit.

608 146 Proximo vere Cothonem insulam Byrsamque simul Scipio oppugnare instituit. C. Lælius legatus prior illa potitus. Tum quoque, qui cum Scipione erant, in Byr-

sam

Anno	
U. C.	a. C. N.
608	146

ſam irruperunt; pugnaque per dies & noctes ſex continuas edita, ferro igneque graſſantes, illam expugnarunt. Scipio prædam urbis militi conceſſit; præter aurum argentumque, & donaria templorum, ad Quæſtorem deferri juſſa. Romam dein miſſis, qui belli finem nunciarent; quid porro fieri Patres vellent, conſuluit. Senatui urbem ſolo æquari placuit, nec poſtea habitari; additis etiam execrationibus, ſi quis eum locum præſertim, ubi Byrſa & Megara fuerant, ædificiis iterum frequentaret. Decemque legati more majorum ad Scipionem Proconſulem miſſi, ex quorum ſententia res conſtitueret. Qui ubi adfuerunt, reliquiæ urbis funditus exciſæ ſunt. Eadem ceteris oppidis illata vaſtitas, quæ in fide Pœnorum bello hoc ſteterant. Ager illorum ſociis populi Romani dono datus: largiſſime Uticenſibus; quibus, quicquid Carthaginem & Hipponem regionis interjacet, conceſſum. Ceteris, quorum neque officium neque injuria

Anno	
U. C.	a.C.N.

insignis fuerat, tributum fuit imperatum; factaque provincia, quæ
608 146 Africa appellata. Spolia Carthagine inventa, quæ variarum civitatum excidiis Pœni collegerant, ornamentaque urbium Scipio civitatibus Siciliæ, Italiæ & Africæ reddidit, quæ sua recognoscebant. Ita Carthago anno, postquam a Didone Tyria condita fuerat, septingentesimo trigesimo secundo deleta est. Scipio nomen, quod avus acceperat, meruit; scilicet ut propter bellum in Africa patratum Africanus junior vocaretur.

604 150 XV. Interim Andriscus quidam, Adramyttio Mysiæ oppido humili genere oriundus, qui assumto Philippi nomine Persei se filium mentiebatur, copiis in Thracia comparatis, Macedoniam intravit: ubi facile apud homines, regio assuetos imperio, & post illud eversum perpetuis agitatos seditionibus, fidem ac favorem invenit; brevique tota Macedonia potitus est. Idem
605 149 P. Juventium Thalnam Prætorem contra se missum ad internecionem

Anno U. C. | a.C.N.

cecidit. Sed Q. Cæcilius Metellus Prætor poſtea contra ipſum miſſus duobus eum prœliis, uno ad Pydnam, altero in Thraciæ finibus, profligavit; Macedoniamque recepit, & in provinciæ formam redegit; ipſum Pſeudo-Philippum in poteſtatem ſuam accepit, traditum a Byza Thraciæ regulo, ad quem confugerat. 606 | 148

Mox alter impoſtor, & ipſe Perſeum patrem mentitus, Alexandri nomine aſſumto, regionem Neſſum inter ac Strymonem amnes, collecta perditorum hominum manu, occupavit: ſed facili negotio a Metello fugatus, in Dardania ſe abscondidit.

Sex tamen annis poſt alter Pſeudo-Philippus, qui pariter ſe Perſei filium eſſe dicebat, collectis ſervis aliisque perditis hominibus, in Macedonia rebellavit: ſed ab L. Trenellio, A. Licinii Nervæ Prætoris Quæſtore, cum exercitu cæſus eſt. 612 | 142

XVI. Græcia in ſpeciem libera per factioſos magiſtratus & ingraveſcentem Senatus Romani aucto-

ritatem

Anno
U. C. a.C.N.

ritatem poſt Perſeum debellatum
magis magisque opprimebatur.
Achæorum præſertim potentiæ
frangendæ Senatus maxime erat
intentus. Quare & Aetolorum Pleu-
591 163 ronenſium petito ſejungendi ſe a
concilio Achaico annuit; & per C.
Sulpicium legatum alias quoque
civitates, quæ Achaicæ formulæ
erant, ab eo fœdere diſſociare inſti-
tuit. Lacedemonii, ex quo Phi-
lopœmen eos, abrogatis Lycurgi
legibus, Achæorum inſtituta ſequi
coëgerat, ægre ſocietatis hujus vin-
605 149 cula ferebant. Lites de finibus, &
ambigua Senatus reſponſa anſam
belli Achæos inter Lacedæmonios-
que commovendi factioſis civita-
tum principibus præbuere. Tum
606 148 legati Roma miſſi adfuere. Qui
magiſtratibus Achaicis Corinthum
evocatis, nihil antiquius Senatui po-
puloque Romano fuiſſe & eſſe præ-
fati, quam ut ſociorum res floren-
tes ac quietæ ſint; tum ſpeciatim
Romanorum in civitates Græcas
meritis & ad eas pacandas beandas-
que ſtudiis, ipſarum contra certa-

mi-

Anno

	U. C.	a.C.N.
minibus mutuis odiisque perpetuis commemoratis; ut tandem his aliquis statuatur modus, placere Senatui declararunt: nec Lacedæmonem Achaicæ formulæ censeri, nec Corinthum; Argos etiam, Heracleam sub Oeta monte, Orchomenon, universimque urbes, quæ sub Philippo rege Macedoniæ fuissent, eximi debere; neque enim aut generis Achaici esse, aut antiquitus in eodem fœdere fuisse; suas quamlibet earum civitatum leges, sua jura deinceps habituram. Decreto hoc audito, ingens tumultus Corinthi exortus: & multitudo velut furore acta Lacedæmonios, qui in urbe erant, quosdam ex hospitio ipso legatorum Romanorum vi abreptos, partim trucidavit, alios in vincula duxit; postremo legatos ipsos fuga sibi consulere coëgit. Tum sanioribus consiliis omnibus repudiatis, Critolao Prætore & Diæo Damocritoque præsertim	606	148
auctoribus, Achæi bello Lacedæmonios persequi decreverunt; quo ipso arma adversus Romanos sumi, quanquam dissimulata eorum	607	147

men-

Anno
U. C. a.C.N.

mentione, nemini erat obſcurum. Eodem tempore Thebis Pytheas
607 147 as Boeotarchus turbas miſcebat: & cum Metellus, cui negotium hoc Senatus dederat, Thebanos mulcta redimere injurias juſſiſſet, quas Phocenſibus aliisque civitatibus intulerant; exulceratos moleſto imperio animos ſtimulare non deſtitit, donec ad arma cum Achæis jungenda impelleret.

Adverſus quos Metellus Proprætor ſine mora exercitum ex Macedonia per Theſſaliam ducere inſtituit. Jamque Critolaus, Boeoticis adjutus auxiliis, Heracleam in finibus Theſſaliæ obſidebat. Sed adventu Metelli cognito, trepidus itinere fugæ ſimillimo receſſit. Ad Scarphæam tamen Locridis oppidum Proprætor eum aſſecutus cecidit; Thebisque receptis, ad Peloponneſum perrexit. Interim
608 146 Diæus novum Achæorum Arcadumque exercitum ad Corinthum congregavit; & L. Mummius Conſul, cui bellum Achaicum evenerat, cum ſubſidiis ad exercitum Roma-

num

Anno	
U. C.	a.C.N.
608	146

num venit. Prœlio ad Leucopetram in ipſis Iſthmi faucibus commiſſo Achæi fugati, Corinthum ipſam deſeruerunt. Quam Conſul triduo poſt prœlium ingreſſus, crudeliter prius direptam, incendio delevit, & funditus evertit. Thebarum quoque, Chalcidis, & ceterarum, quæ cum Achæis ſteterant, urbium mœnia dejecta; armaque civibus ademta.

Decem deinde legatorum juſſu, quos Senatus ad conſtituendas cum Conſule res Græciæ miſit, popularis ſtatus ubique per Græciam ſublatus, & magiſtratus ex cenſu conſtituti; libertas tamen urbibus & ſuæ leges relictæ; concilia vero civitatum in Achaja, Boeotia, Phocide, & per univerſam Græciam abolita; vectigalibusque imperatis Græcia ſub Achajæ nomine in provinciam redacta.

Tres igitur Romæ ſimul celeberrimi triumphi fuerunt: Scipionis Africani ex Africa, ante cujus currum ductus eſt Asdrubal, Poenorum imperator; Metelli, qui

Ma-

Anno U. C.	a.C.N.	
		Macedonici cognomen assumsit, ex Macedonia, cujus currum præcessit
608	146	Pseudo-Philippus; & Mummii, qui pariter Achaici cognomen sumsit, ex Corintho, ante quem signa ænea & pictæ tabulæ aliaque urbis clarissimæ ornamenta prælata sunt.
605	149	XVII. Eodem tempore arduum
[illegible]	[illegible]	in Lusitanis bellum & fere calamitosum, ex Galbæ Proprætoris in Lusitanos facinore ortum, cum Viriato gerebatur: qui pastor primo fuerat, inde venator, mox latronum dux; postremo tot tantosque ad bellum populos concitavit, ut asserturus Hispaniam in libertatem videretur. Qui cum trium successive Prætorum, C. Vetilii, C. Plautii, Claudii Unimani exercitus cecidis-
609	145	set: Consul Q. Fabius Maximus Aemilianus, P. Scipionis Africani frater, contra eum missus fuit: qui, disciplina militari restituta, viribusque & animis militum per quotidiana exercitia confirmatis, duo-
610	144	bus Viriatum prœliis superavit.
		Quas clades ut resarciret; Arevacis Celtiberisque per legatos ad

arma

Anno U.C. a.C.N.

arma sollicitatis, novum in Hispa-
nia citeriore bellum Viriatus com-
movit. Tum quidem Q. Cæcili- 611 143
us Metellus Macedonicus Consul sq sq
in Celtiberia egregie res gessit:
Celtiberosque primum & signis col-
latis cecidit, & urbibus exuit; tum
Arevacorum quoque majorem par-
tem domuit, & pleraque eorum op-
pida, præter Numantiam ac Ter-
mantiam, in ditionem Romanam
redegit. Sed in Lusitanis primum
Quinctius Prætor, dein Consul Q.
Fabius Maximus Servilianus ad-
versa, certe ut plurimum ancipi-
ti fortuna rem gesserunt. Tan-
dem Fabius Proconsul, compul- 613 141
sus in loca unde difficilis exerci-
tui exitus esset, pacisci cum Vi-
riato coactus fuit: ut pax amici-
tiaque populo Romano ac Lusita-
nis esset; utrique, quibus inpræ-
sens finibus, iisdem in posterum
possiderent. Quam pacem, quam-
vis belli diuturni tædio ratam jam
a populo habitam, cum deinde ir-
ritam judicasset Senatus, continu- 614 140
is de indignitate ejus querelis Q.
Ser-

Anno
U.C. a.C.N.

Servilii Cæpionis Consulis, fratris Fabii, subactus: Cæpio Consul bel-
614 140 lum denuo instruxit. Cum autem aliter vinci Viriatus non posse videretur: tres ejus amicos (quos ad Consulem missitare Viriatus consueverat, de conditionibus pacis acturos) Cæpio, pecunia data aliisque promissis, ad ducem per insidias tollendum sollicitavit. Ita suorum fraude Viriatus periit, dormiens jugulatus a proditoribus; cum XIV. annis Hispanias adversus Romanos movisset. Interfectoribus tamen ejus, præmium navatæ operæ postulantibus, Cæpio, concessis quæ jam obtinuerant, respondit: imperatorem a suis militibus interfici nunquam Romanis placuisse.

613 141 XVIII. Metello in Hispania citeriori Q. Pompejus Nepos Consul successit. Qui cum, ingentibus subsidiis secum adductis, exercitum haberet numero & robore cuilibet bello parem: Arevaci tantis apparatibus territi pacem petierunt; & Termantiam Numantiamque urbes

Anno U.C. a.C.N.

bes ac obsides dedere pacti sunt.
Arma autem tradere jussi, vitam
potius quam hæc omissuros esse 613 141
professi sunt. Quare Consul Numantiam primo, dein Termantiam
oppugnavit; sed ab utraque obsidione, multiplici accepta clade, discessit: duo tantum ignobilia Arevacorum oppida cepit. Proximo 614 140
anno iterum Numantiæ castra admovit. Variis autem fractus cladibus, cum imparem se Numantinis videret: clam ad eos misit; qui, æquissimarum conditionum spe ostensa, ad pacem petendam eos exhortarentur. Quibus obsecuti Numantini cum legatos ad Proconsulem misissent: hic pro concione quidem illis respondit, non alia se nosse fœdera majestate populi Romani digna, quam ut in jus potestatemque ejus se suaque omnia Numantini dedant; secreto autem cum illis pactus est, ut captivos & perfugas redderent, obsidesque & talenta triginta darent. Cætera, cum parte argenti, statim ab Numantinis præstita. Interim

Anno U. C.	a. C. N.	
		ſucceſſor Pompejo venit Conſul M. Popillius Lænas. Cui cum Numantini reliquam pecuniam die
615	139	ſtatuta, Pompejo præſente, offerrent; hic quicquam ſibi de pace conventum negavit. Numantinis contra deos hominesque teſtes invocantibus; Conſul Romam eos ire juſſit, coram Senatu cum Pompejo diſceptaturos. Hic Romæ, uti in provincia, ictum ab ſe fuiſſe fœdus pernegavit: & gratia apud plebem pervicit, ut rogatio ex Senatusconſulto ad populum lata antiquaretur, qua ad expiandum, quicquid pactis iis contractum religionis publicæ eſſet, auctor illorum hoſtibus dedi jubebatur; ipſoque pro inſonte dimiſſo, Numantinis reſponderetur: fœdus a Pompejo factum non videri.
616	138	Bello igitur renovato Popillius Proconſul Numantiam rurſus oppugnare inſtituit; & Numantinorum ſimulato metu eouſque progreſſus eſt fiduciæ, ut ſcalas jam mœnibus admoveret. Tum vero hoſtes, ſubita eruptione facta, to-

tum

Anno U. C.	a.C.N.
617	137

tium exercitum fugarunt. C. dein Hoſtilius Mancinus Conſul, haudquaquam parem hoſti ferociſſimo ratus exercitum a Popillio acceptum, priusquam diſciplina corrigeretur; caſtris eum primo continere decrevit: veruntamen cum propinqua oppido eſſent, cavere non potuit, quin ſæpius aliqua copiarum parte confligeret; quibus prœliis plerumque Numantina res ſuperior. Quare relinquere caſtra Conſul ſtatuit; ut longius ab hoſtium conſpectu abductum militem, qui jam nec oculos viri Numantini nec vocem ſuſtinebat, ſpatio ad recipiendum animum dato, confirmaret. Sed Numantini trepide recedentes ſtatim inſecuti partim ceciderunt; reliquos ita incluſerunt, ut nulla effugii ſpes eſſet, victusque ultima deſperatione Conſul in leges hoſtium fœdus ferire cogeretur. De conditionibus cum per alios Mancinus ageret; Numantini niſi Tib. Graccho Quæſtori fidem ſe habituros negarunt: nam & patris illius Tib. Sempronii Gracchi ma-

Anno U. C. | a. C. N.

gnam in Hispania famam bellum ibi fortiter gestum dataque Celtiberis
617 137 pax fecerat; & juvenis ipsius clarum virtute ac probitate nomen erat. Gracchus igitur ad hostes profectus pepigit, ut æquis legibus populo Romano Numantinoque fœdus & amicitia esset: & Consul pariter ac Quæstor & ceterorum honestissimus quisque jurata sponsione, mansura quæ pepigerant, se adstrinxerunt. Tum Numantini, dimissis Romanis, castra illorum diripuerunt.

Quibus cognitis, Senatus extemplo Mancinum ad caussam dicendam revocavit; & Collegam ipsius M. Aemilium Lepidum cum imperio ad exercitum misit. Dein
618 136 ad populum ex Senatusconsulto latum fuit: ut pax injussu populi cum Numantinis pacta pro infecta esset; auctores paciscendæ hosti dederentur. Mancinus ipse legem suo capiti exitiosam coram populo suasit. At Tib. Gracchus, indignam sibi ceterisque pro exercitu servato referri gratiam contendens,

elo-

Anno U. C.	a.C.N.
618	136
618 sq	136 sq

eloquentia & favore apud populum, quibus plurimum valebat, rogationem oppugnavit. Populus de fœdere quidem, uti rogatus erat; sed dedi neminem præter Mancinum, jussit. Quem ubi in Hispaniam P. Furius Philus Consul deduxit; solennibus ceremoniis a patre patrato in hostium potestatem nudum vinctumque tradi curavit. Cum vero non reciperetur ab Numantinis, vilem fraudatæ pacis victimam aspernantibus; ante portas expositus est: ibique in oculis civium ac hostium ad noctem usque perstitit. Tum demum Romani ipsum, velut omni sua obligatione defunctum, captis prius auspiciis, receperunt; Romamque remiserunt: ubi & Senatorium recuperavit ordinem, & Præturam postea petiit ac consecutus est. Necdum tamen bellum magis ex voto Romanis cessit. M. Aemilius Lepidus Proconsul Vaccæos aggressus, quod commeatu Numantinos juvissent, ad Palantiam oppidum similem Numantinæ cladem accepit: Consules autem P. Fu-

Anno
U. C. a.C.N. rius Philus, C. Calpurnius Piſo nihil memorabile contra Numantinos geſſerunt.

Poſt tantam igitur ignominiam, qua exercitus Romani bis a Numantinis profligati & fere ad deditionem coacti, ceterorum vero ducum adverſus eos conatus ad minimum irriti fuerant; P. Scipio
620 134 Africanus iterum Conſul factus; & ad Numantiam miſſus eſt. Is primum militem vitioſum & ignavum exercendo magis quam puniendo ſine aliqua acerbitate correxit. Tum agrum Numantinum vaſtavit; pluresque civitates vicinas partim bello ſubegit, partim in deditionem
621 133 accepit. Poſtremo ipſam Numantiam, arctiſſime circumvallatam, fame confecit, & a ſolo evertit; reliquam provinciam in fidem accepit.

616 138 XIX. Decimus Iunius Brutus
ſqq ſqq Conſul, ſucceſſor Servilio Cæpioni in Hiſpaniam ulteriorem miſſus, ut agmen Luſitanorum, quod Cæpio poſt necem Viriati ad deditionem coëgerat, certis in ſedi-

bus

Anno U. C. a.C.N.

bus collocaret, condendi oppidi
auctor illis & adjutor fuit, quod
Valentia appellatum. Tum re- 616 138
gionem, quæ Bætin inter atque Du- ſqq ſqq
rium eſt, hoſtibus, ſicubi occurrere
audebant, cæſis, oppidisque XXX.
expugnatis, ad Oceanum uſque
perdomuit. Limium quoque a-
mnem, qui & Lethes ſeu oblivio-
nis vocatur, primus Romanorum
cum exercitu tranſiit. Quem cum
per ineptam ſuperſtitionem, quod
inferni fluvii nomen amnis refer-
ret, transgredi milites non ſecus
atque certiſſimi exitii limen ve-
rerentur; Brutus ſigno e manu ſi-
gniferi rapto: jam, inquit, hoc ſi-
gnum & veſter imperator trans flu-
men erunt; vos quid facturi ſitis,
videritis: atque cum dicto tranſi-
ens, pudore non ultra recuſare ob-
ſequium ſinente, univerſum exer-
citum tranſduxit. Dein Minium
quoque ſuperavit, & barbaros ul-
tra eum habitantes ſubegit.

Poſt Numantiam dirutam Lega- 621 133
ti decem pro more a Senatu miſ-
ſi; quorum de ſententia P. Scipio

Anno		
U. C.	a.C.N.	
622	132	& D. Brutus Proconſules, hic ulteriorem Hiſpaniam, ille citeriorem ordinarunt. Tum Brutus de Callæcis & Luſitanis triumphavit magna gloria, Callaicique cognomen obtinuit: & Scipio de Numantinis ſecundum triumphum egit, XIV. anno poſtquam priorem de Africa egerat.
622 ſq	132 ſq	XX. Eodem tempore P. Rupilius Nepos Conſul Siciliam pacavit: quæ in ſextum jam annum a ſervis rebellibus, Euno quodam Syro duce, vaſtabatur.
621	133	Et Attalus III. Philometor, Pergami rex, filius Eumenis II, & nepos ex fratre Attali II. Philadelphi cui ſucceſſerat, mortuus eſt; hæredemque populum Romanum ſcripſit. Ita imperio Romano per teſtamentum Aſia cis Taurum acceſſit; Aeolidem, Joniam, Lydiam, Myſiam, Phrygiam, Cariam, Pamphyliæque partem complexa.
622	132	Sed Ariſtonicus, Eumenis II. ex concubina Epheſia filius, verum ſe regni hæredem prædicans, majorem Aſiæ partem armis occupavit.

Anno U. C. a.C.N.

vit. Adverſus eum miſſus eſt Con-
ſul P. Licinius Craſſus Mucianus;
multorum regum auxiliis fultus. 623 131
Nam & Bithyniæ rex Nicomedes
II, Pruſiæ filius, Romanos juvit;
& Mithridates VI. Evergetes, Ponti
rex, cujus cum filio bellum poſtea
fuit; & Ariathes VI. Philopator,
Cappadociæ; & Pylæmenes
Evergetes, Paphlagoniæ rex. Craſſus
autem Aſia potius ſpolianda,
quam pacanda, imperii tempus exegit:
& decedens provincia inſidiis
hoſtium circa Leucas Joniæ op- 624 130
preſſus, ipſeque in fuga captus &
interfectus eſt. Qua belli fortuna
audita, Conſul M. Perperna,
qui ſucceſſor Craſſo veniebat, ad
Aſiam properavit: & acie victum
Ariſtonicum in oppido Cariæ Stratonice,
quo fugerat, fame ad deditionem
compulit; ac Romam
cum theſauris Attalicis miſit: ipſe
Aſiam peragrans, civitatibus
jura ſua, prout meritæ videbantur,
auxit minuitve; & provinciam
populo Romano tributariam
fecit. Ariſtonicus juſſu Senatus

Ro-

Anno U. C.	a. C. N.

Romæ in carcere ſtrangulatus; triumphari enim de eo non poterat,
625 129 quia Perperna Romam rediens apud Pergamum diem ſupremum obierat. Reliquias Aſiatici belli Manius Aquilius Nepos Conſul confecit; aliquanto minori laude, quod ad deditionem quarundam urbium maturandam fontibus venenum miſcuerat. Mithridati Pontico Phrygia major; filiis Ariarathis Cappadocis, qui eodem bello occubuerat, Lycaonia & Cilicia præmii loco conceſſæ.

621 133 XXI. Per eadem tempora gra-
ſqq ſqq vibus civitas exagitata fuit turbis; quas primum Tib. Sempronius Gracchus, dein frater ejus C. Gracchus (Tib. Sempronii Gracchi, bis Conſulis, & Cenſoris filii; P. Scipionis Africani majoris ex filia Cornelia nepotes; minoris, cui ſoror ipſorum Sempronia nupſerat, affines) viri cetera probi, ingenioque, doctrina, eloquentia & virtutibus florentes, ſed optimatium injurias ulciſcendi plebique gratificandi ſtudio in præceps abrepti,

tri-

Anno U. C. a.C.N.

tribuniciis rogationibus, agrariisque, annonariis & judiciariis legibus commoverunt. Uterque immatura morte inter tumultus factionum ira odiisque ferventium periit. 621 sqq 133 sqq

Quod initium in urbe civilis ſanguinis gladiorumque impunitatis fuit; & diſcordiæ civiles, antea conditionibus ſanari ſolitæ, ferro deinceps dijudicatæ. Tum præter alias colonias, C. Graccho & M. Livio Druſo tribunis plebis auctoribus deductas, in ſolum etiam Carthaginis ab Scipione dirutæ colonia, Q. Rubrio tribuno plebis auctore, a C. Graccho, M. Fulvio, Q. Rubrio deducta eſt, Junoniaque appellata; ſed fato C. Gracchi non diu ſuperſtes fuit. 632 122

XXII. Tunc & bellum trans Alpes ſecundum contra Ligures Salyes Vocontiosque ſuſceptum eſt; cum de incurſionibus eorum Maſſilia civitas dudum amica quereretur. Miſſi adverſus eos primum M. Fulvius Flaccus, dein C. Sextius Calvinus Conſules. Uterque de illis triumphavit; Fulvius quidem 629 sqq 125 sqq

Anno
U. C. | a.C.N. dem hostibus potius tentatis, quam
victis. Sextius Salyes debellavit;
631 | 123 & loco calidis fontibus irriguo,
ubi ultimum cum hostibus congressus majorem quam antea stragem illorum ediderat, Aquas Sextias urbem in agro eorum condidit, validoque præsidio muniit; tum litus ab Massilia Italiam versus, barbaris remotis, civitati Massiliensium dono dedit.
632 | 122 Majus inde bellum consecutum
cum Gallis Allobrogibus & Arvernis: qui Salyum regulis, quos patria profugos exceperant, veniam a Cn. Domitio Aenobarbo Consule postulabant; Aeduosque, in societatem Romanam adscitos, incursionibus vexabant. Sed post-
633 | 121 quam duobus prœliis ingentibus
victi fuerunt, uno ab Domitio Proconsule in Cavarum finibus ad confluentes Sulgæ fluminis & Rhodani juxta Vindalium oppidum; altero a Consule Q. Fabio Maximo Aemiliani filio, haud procul Isaræ fluminis & Rhodani confluentibus: Allobroges in deditionem venerunt;

Ar-

Anno U. C. a C. N.

Arveni eorumque socii Ruteni pa-
cem impetrarunt. Bituitus quoque,
Arvernorum rex, fraude a Domi- 633 121
tio captus, & Romam ductus est:
magnaque gloria ambo imperato-
res triumpharunt; & Fabius Al-
lobrogici cognomen obtinuit.

Postea Consul Q. Marcius Rex 636 118
Stoenos, gentem Alpinam ferocem, sq sq
perdomuit; & Narbonem Marcium
coloniam in Volcis Tectosagibus
condidit. Ea caput facta provin-
ciæ Romanæ in Gallia Transalpi-
na; a Pyrenæo Hispaniæ termino
ad Alpes & Italiam, mare inter
& Cebennas montes ac Rhodanum
Arari nondum permixtum, ad la-
cum Lemanum extensæ: quæ bre-
vi post constituta per Prætorem 640 114
cœpit administrari.

XXIII. In Illyrico etiam ejus-
que finibus per hæc tempora fuit
bellatum. Serv. Fulvius Flaccus 619 135
Consul Ardiæos, maritimo assue-
tos latrocinio, devicit; & in me-
diterranea relegavit. C. Sempro-
nius Tuditanus Iapydes subegit. 625 129
L. Cæcilius Metellus, Q. Mace- 637 117
do-

Anno
U.C. a.C.N. donici filius, iterum Consul, de
Dalmatis triumphavit: & M. Ae-
639 115 milius Scaurus Consul de Carnis;
quorum oppidum Tergeste jam
635 119 quadriennio ante in fidem Roma-
nam venerat.

Scordisci praeterea, Galli ori-
gine, Illyriis Thracibusque per-
mixti (qui ad confluentes Danu-
bii & Savi sedibus captis, tum ac-
colis paullatim submotis, Pannoniae
partem occupaverant, & in Thra-
ciam ac Illyricum usque ditionem
protulerant) Macedoniae confinia
vexare coeperunt. Hos primum
619 135 M. Cosconius Praetor in Thracia
victos submovit. Ferocius dein-
640 114 de exortis C. Porcius Cato Consul
(M. Porcii Catonis Censorii ex
filio, L. Aemilii Paulli ex filia
nepos) bellum intulit: sed in sil-
varum montiumque impedita te-
mere ingressus ita a barbaris cir-
cumventus fuit, ut universo pro-
pemodum exercitu amisso cum
paucis evaserit. Hinc provincias
Romanas, Macedoniam, Thessali-
am & Dalmatiam longe lateque
per-

Anno U. C. a.C.N.

pervaſtantes barbaros T. Didius,
Illyrici Pretor, victos in Thra-
ciam repulit: ubi primum C. Cæ- 641 113
cilius Metellus Caprarius, Q. Ma-
cedonici filius, dein M. Livius 642 112
Druſus Conſules proſpere rem ad- ſq ſq
verſus eos geſſerunt; Druſus quo-
que in ulteriorem Danubii ripam
illos ſubmovit. Rurſus Scordi-
ſcos cum Triballis & Dacis M. 644 110
Minucius Rufus Conſul aliquot ſqq ſqq
in Thracia prœliis, uno præſer-
tim ad Hebrum flumen, devicit: ac
de illis, pariter atque antea Di-
dius, Metellus & Druſus, trium-
phavit.

Qua occaſione, raro exemplo, 641 113
duo Metelli fratres, Q. Macedo-
nici filii, eodem die triumpha-
runt: C. quidem Cæcilius Metel-
lus Conſul ex Thracia; M. Cæci-
lius Metellus Proconſul ex Sardi-
nia; quam bello per biennium cum
rebellibus geſto pacaverat. Pau-
cis vero ante annis fratres eorun-
dem, L. Cæcilius Metellus de Dal- 637 117
matis; Q. Cæcilius Metellus de Ba- 633 121
learibus inſulis triumphaverant:

Anno U. C.	a.C.N.	
		& hic Balearici, ille Dalmatici cognomen ſumſerant.
640	144	Ceterum in Hiſpania ulteriori
645	109	C. Marius, & Q. Servilius Cæpio
ſq	ſq	Proprætores proſpere his temporibus rem contra Luſitanos, quorum pars provinciam eam latrociniis rurſus vexabat, geſſere; poſterior
647	107	quoque de illis triumphavit.

XXIV. Aere interim bellum in Numidia exortum eſt. Manaſtabale & Guluſſa fratribus morbo abſumptis, Micipſa regnum Maſiniſſæ patris, cum ipſis antea diviſum, ſolus obtinuerat. Is duobus filiis, Adherbali & Hiempſali, Jugurtham, Manaſtabalis ex concubina filium, per adoptionem adjunxit; & teſtamento pariter cum filiis hæredem regni inſtituit. Jugurtham inde a prima juventute eximiæ animi corporisque dotes, ac vitæ genus ab luxu & inertia alienum, totumque pro more gentis exercitationibus inter æquales deditum, Numidis vehementer carum effecerant. Idem bello Numantino in Hiſpaniam

Anno U.C. | a.C.N.

am a Micipsa cum auxiliis missus summopere se P. Scipioni imperatori commendaverat; multosque 620 sq | 134 sq
ex Romanis familiari amicitia sibi conjunxerat. Hos inter complures erant, quibus divitiæ bono honestoque potiores, factiosi, domi potentes, qui Jugurthæ non mediocrem animum pollicitando accenderunt, si Micipsa rex occidisset, fore ut solus regno Numidiæ potiretur; in ipso quippe maximam virtutem, Romæ omnia venalia esse. Brevi itaque post
Micipsæ mortem Jugurtha, mater- 636 | 118
næ ignobilitatis exprobratione ab Hiempsale lacessitus, percussoribus inmissis eum obtruncavit; Adher-
balem acie victum in provinciam 637 | 117
Romanam profugere coëgit; omnique Numidia potitus est. Adherbale Romam de injuriis Iugurthæ questum profecto; legatos Jugurtha Romam cum auro argentoque multo misit: quibus præcepit, ut & veteres amicos muneribus expleant, & novos, quoscunque possint, largiendo parent: Hiempsalem ob-

 sæ-

Anno U.C.	a.C.N.
637	117

sævitiam suam a Numidis interfectum, Adherbalem ultro bellum inferentem repulsum esse contendant. Vicitque in Senatu pars illa, quæ vero pretium aut gratiam anteferebat; ut Hiempsalis cæde inulta, decem legati mitterentur, qui regnum Micipsæ Iugurtham inter & Adherbalem dividerent. Quorum plerisque dando & pollicendo multa corruptis, Jugurtha perfecit: ut sibi pars Numidiæ, quæ Mauritaniam attingit, agro virisque opulentior; Adherbali altera, specie quam usu potior, quæ portuosior & ædificiis magis exornata erat, traderetur.

Iugurtha, contra timorem præmia sceleris adeptum se videns, certumque ratus omnia Romæ venalia esse, tanto acrius in regnum Adherbalis animum intendit. Et primum quidem ex improviso fines ejus magna cum manu invasit; multos homines cum pecore atque alia præda cepit; ædificia incendit; dein cum omni multitudine in regnum suum convertit:

exi-

Anno	
U.C.	a.C.N.
642	112

existimans, dolore permotum Adherbalem injurias suas manu vindicaturum, eamque rem belli caussam fore. At ille legatis frustra ad Jugurtham de injuriis questum missis, prius tamen omnia pati decrevit, quam bellum sumere. Itaque Jugurtha non ut antea cum prædatoria manu, sed magno exercitu comparato bellum gerere cœpit: Adherbalem, regni aut relinquendi aut armis retinendi necessitate ad copias parandas coactum, prope Cirtam oppidum fudit; Cirtamque cum paucis profugum summa vi oppugnavit; & ad deditionem coactum, contra fidem datam, interfecit. Bis legati adfuerant Roma; qui Jugurtham ab obsidione & armis discedere Senatus verbis juberent; irritique discesserant. Eventu tamen belli Romæ cognito, & re in Senatu agitari cœpta; fautores Jugurthæ omnibus modis atrocitatem facti leniebant. Ac ni C. Memmius, Tribunus plebis designatus, populum edocuisset, id agi, ut per paucos

Anno U. C. | a. C. N.

factioſos Jugurthæ ſcelus condonaretur; omnis invidia prolatan-
642 112 dis conſultationibus dilapſa foret. Tum vero Senatus, delicti conſcientia populum timens, Numidiam provinciam alteri ex futuris conſulibus decrevit: exercitumque ſcribi; & legatos ab Jugurtha miſſos, ni regnum ipſumque deditum veniſſent, diebus proximis decem Italia decedere juſſit.

643 111 XXV. L. Calpurnius Piſo Beſtia Conſul, cui Numidia provincia obvenerat, acriter initio eam ingreſſus eſt; multosque homines & urbes aliquot pugnando cepit. Sed ubi Jugurtha per legatos pecunia tentare, bellique quod adminiſtrabat aſperitatem oſtendere cœpit; animus æger avaritia facile converſus eſt: ſocioque conſiliorum aſſumto M. Aemilio Scauro, ſummæ auctoritatis viro, quem ſibi legaverat, ſimulata deditione in fidem Jugurtham accepit; elephantosque XXX, pecus atque equos multos, cum parvo argenti pondere, Quæſtori tradere pro con-

ſilio

Anno	
U.C.	a.C.N.
643	111

filio jussum, pace reddita dimisit. Quæ postquam fama Romæ divulgavit: Patribus sollicitis, probarentne tantum flagitium, an decretum Consulis subverterent; C. Memmius, Tribunus plebis, populum hortatus est ad vindicandum in noxios quæstionibus & indicio ipsius Jugurthæ; rogationemque pertulit, ut L. Cassius Longinus Prætor ad Jugurtham mitteretur, eumque, interposita fide publica, Romam duceret. Interim qui in Numidia relicti a Calpurnio exercitui præerant, secuti morem imperatoris sui, alii auro corrupti elephantos Jugurthæ reddiderunt; alii perfugas vendiderunt; pars ex pacatis prædas egerunt. Jugurtha Romam a Cassio Prætore adductus, cum pro concione verum aperire a Memmio jussus esset; C. Bæbius, Tribunus plebis, magna mercede ab Jugurtha paratus, tacere eum jussit: vicitque impudentia Bæbii, & populus ludibrio habitus ex concione discessit. Tum Sp. Postumius Albinus Consul, qui

Anno U. C. | a. C. N.

avidus belli gerendi moveri quam senescere omnia malebat, Massivæ, 644 112 Gulussæ ex concubina filio, qui metu Jugurthæ Romam profugerat, persuasit, ut regnum ab Senatu peteret. Quæ postquam Massiva agitare cœpit; Jugurtha eum, insidiatoribus per Bomilcarem proximum & maxime fidum sibi paratis, obtruncavit. Sed Bomilcar indicio unius ex percussoribus reus factus. Jugurtha non prius omisit contra verum niti, quam animadvertit, super gratiam atque pecuniam suam invidiam facti esse. Tum, quanquam ex amicis quinquaginta vades dederat, clam Bomilcarem in Numidiam dimisit: & ipse paucis diebus eodem profectus est, jussus a Senatu Italia decedere.

Bellum ab Albino Consule magna properantia renovatum; sed mox sive socordia, sive dolo tractum fuit. Dilapso tempore Albinus Romam ad comitia habenda rediit, Aulo fratre in castris Proprætore relicto. Qui adductus in spem aut belli conficiendi, aut ter-

Anno	
U. C.	a C.N.
645	109

terrore exercitus pecuniæ ab rege capiendæ, milites proximi anni initio ex hibernis evocavit; magnisque itineribus hieme aſpera progreſſus ad oppidum Suthul, ubi regis theſauri erant, oppugnare illud inſtituit. Jugurtha, cognita vanitate atque imperitia legati, ſubdolus ejus amentiam ſimulato timore auxit: denique illum ſpe pactionis perpulit, ut, relicto Suthule, in abditas regiones ſeſe velut cedentem inſequeretur. Interea per homines callidos exercitum tentavit; centuriones ducesque turmarum, partim ut transfugerent, alii ut ſigno dato locum deſererent, corrumpere inſtituit. Quæ poſtquam ex ſententia inſtruxit; intempeſta nocte Auli caſtra invaſit; ac fœda fuga in proximum collem compulſum fame ferroque clauſit; & fœdus facere, jugum cum exercitu ſubire, & diebus decem Numidia decedere coëgit, Sed ubi ea Romæ comperta ſunt: Senatus extemplo decrevit, ſuo atque popu-

Anno U. C.	a. C. N.
645	109

li injussu nullum potuisse fœdus fieri; & C. Mamilius rogationem pertulit, ut quæreretur in eos, qui ab Jugurtha in legationibus aut imperiis pecunias accepissent. M. Scaurus, qui legatus Bestiæ fuerat, cum ex Mamiliana rogatione tres quæsitores rogarentur, effecit, ut ipse in eorum numero crearetur. Quæstio exercita aspere violenterque ex rumore & lubidine plebis; damnatique L. Calpurnius Bestia, Sp. Albinus, & multi præterea nobiles viri. Scaurus, quamvis periculum effugerit, probris tamen contumeliisque in judicio ipso ab adversariis fuit exagitatus.

XXVI. Interim tertio missus contra Jugurtham Q Cæcilius Metellus Consul (L. Cæcilii Metelli Calvi filius; Metellorum, de quibus Cap. 23, frater patruelis): qui primum exercitum, licentia lasciviaque corruptum, neque periculi neque laboris patientem, assiduis exercitationibus, & prohibendo a delictis magis quam vindi-

Anno U. C.	a.C.N.
645	109

dicando, ad disciplinam Romanam reduxit. Quæ ubi Jugurtha comperit, simul de innocentia Metelli certior Romæ factus, diffidere suis rebus, & per legatos de ditione rursus agere cœpit; Numidas, quæcunque Consul imperaret, facere jussit. Metellus suis artibus Jugurtham aggressus, verbis pacem neque abnuit neque pollicitus est, re bellum acerrimum cœpit: Numidiamque intento atque infesto exercitu ingressus, castella & oppida obvia, quæ inter Vaccam, præsidiis occupavit; ac mobiles Numidarum animos, ut Jugurtham sibi vivum necatumve traderent, tentavit. Tum coactus rerum necessitudine Jugurtha statuit armis certare; ingentibusque copiis omnium generum paratis, Metellum prope Muthul flumen in itinere per insidias adortus est. Romanorum ordines primo turbati. Tandem post prœlium diu anceps Numidæ fusi fugatique; elephanti quatuor capti, XL. interfecti. Jugurtha se in loca saltuosa & na-

Anno
U. C. a.C.N.

natura munita recepit: ibique co-
acto exercitu numero ampliori, Me-
645 109 tellum in loca Numidiæ opulen-
tissima profectum, agrosque, castel-
la & oppida vastantem, nocturnis
& aviis itineribus cum equitatu
secutus, assidue lacessivit; effuso
exercitu prædari prohibuit; pabu-
lum & aquarum fontes corrupit;
nec pugnandi copiam fecit, neque
otium passus est. Quare Zamam
urbem oppugnare Consul statuit;
ratus, Jugurtham laborantibus su-
is auxilio venturum, ibique præ-
lium fore. Sed nec Jugurtha ni-
si ex insidiis & suo loco pugnam
fecit; nec oppidum, æstate jam
exacta, capi potuit.

Tum Metellus Bomilcarem, cui per maximam amicitiam maxima copia fallendi erat, impunitate necis Massivæ promissa, ad Jugurtham sibi tradendum sollicitavit. Qui opportune regem anxium ac miserantem fortunas suas aggressus, & ut aliquando sibi liberisque & genti Numidarum provideat, obtestatus; ad deditionem sin-

Anno U.C. a.C.N.

ceram animum ejus impulit. Miſ-
ſi itaque ad Metellum legati, qui
Jugurtham imperata facturum di- 645 109
cerent, ac ſine ulla pactione ſe re-
gnumque ſuum in fidem illius tra-
dere. Quibus Conſul ex conſilii
decreto primum argenti pondo du-
centa millia, elephantos omnes, e-
quorum & armorum aliquantum tra-
di; tunc perfugas omnes vinctos
adduci imperavit; denique Jugur-
tham ipſum, armis jam viriſque
& pecunia ſpoliatum, ad mandata
accipienda Tiſidium, oppidum
Carhaginem inter & Uticam ſitum,
vocavit. Tum vero Jugurtha, a-
nimo ex mala conſcientia rurſus
flexo, bellum de integro ſumſit:
magnaque cum cura paravit omnia;
civitates, quæ ab ſe defecerant,
formidine aut oſtendendo præmia
affectavit. Itaque Vaccenſes, con- 646 108
juratione facta, præſidium Roma-
num obtruncarunt. Sed biduum
modo ex perfidia lætati, ſubito Me-
telli adventu oppreſſi ſunt; cun-
ctaque civitas pœnæ aut prædæ fu-
it. Per idem tempus Bomilcar,

pro-

Anno U. C.	a.C.N.
646	108

proditione quam moliebatur comperta, cum aliis inſidiarum ſociis compluribus ab Jugurtha interfectus eſt.

Metellus tanquam ad integrum bellum cuncta paravit feſtinavitque; Jugurthæ, incerto conſilii, repente ſupervenit; exercitum ejus fudit; fugientem per vaſtas ſolitudines ad Thalam uſque ſecutus, ad Gætulos dilabi coëgit; ac Thala oppido, & operibus & loco munito, vi potitus eſt. Interim Jugurtha exercitum in Gætulis paravit; Bocchumque, Mauritaniæ regem, ſocerum ſuum, ad arma ſecum adverſus Romanos jungenda impulit: & C. Marius, qui Legatus Metelli fuerat, per publicanos aliosque in Africa negotiantes criminatus Metelli lentitudinem in tertium jam annum trahentis bellum, & inſitam nobilitati ſuperbiam morandique in imperiis cupiditatem, effecit, ut, cum commeatu efflagitato Romam veniſſet, Conſul crearetur; bellique pene a Metello patrati ſumma

Anno	
U. C.	a.C.N.
647	107

ma ſibi committeretur. Metellus tamen, Romam reverſus, contra ſpem ſuam lætiſſimis animis exceptus fuit; plebi patribusque, poſtquam invidia deceſſerat, juxta carus: & fruſtra obtrectante Tribuno plebis Manilio, triumphavit; Numidici quoque cognomen obtinuit.

XXVII. Marius Conſul ubi in Africam venit, exercitum primo in agrum fertilem & præda onuſtum duxit. Reges diverſi in locos difficiles abierunt; ſperantes, mox effuſos hoſtes invadi poſſe. Sed Conſul impigre prudenterque ſuorum & hoſtium res pariter attendit: ac nihil apud ſe remiſſum, neque apud illos tutum paſſus; & Gætulos & Jugurtham ſæpe aggresſus in itinere fudit, ipſumque regem haud procul ab Cirta armis exuit. Tum mediocribus quibusdam caſtellis oppidisque ſubactis, Capſam, oppidum magnum atque valens, ingentes inter ſolitudines ſitum, repentino adventu oppreſſit; aliis dein pluribus oppidis potitus,

ca-

Anno U. C.	a. C. N.	
		ſtellum non longe ab Mulucha
		flumine, quod Jugurthæ Bocchi-
647	107	que regnum diſjungebat, in mon-
		te ſaxeo immenſum edito ſitum,
		ubi regis theſauri erant, expugna-
		vit. Inde in hiberna redeuntem
		cum Bocchus & Jugurtha, exer-
		citibus conjunctis, haud procul ab
		Cirta bis ſubito adorti eſſent; im-
		petum eorum & ſtrenue ſuſtinuit,
		& magna cum ſtrage profligavit.
		Brevi poſt Bocchus fortunæ jam
		diffidens, ad Conſulem primum, in-
		de ad Senatum legatos de pace
		miſit. His reſponſum: Senatum
		populumque Romanum beneficii &
		injuriæ memorem eſſe ſolere; ce-
		terum Boccho, quoniam pœniteat,
		delicti gratiam facere; fœdus &
		amicitiam datum iri, cum meru-
648	106	erit. Quibus cognitis Bocchus
		per litteras a Mario petiit, ut L.
		Cornelium Syllam Quæſtorem ad
		ſe mitteret; cujus arbitratu com-
		munibus negotiis conſuleretur.
		Sylla ad Bocchum profectus: fœ-
		dere, amicitia, parteque Numidiæ
		promiſſis, ei perſuaſit, ut Jugur-

tham

Anno	
U. C.	a. C. N.
648	106

tham Romanis traderet. Dolo itaque composito, Bocchus Jugurthæ nunciavit, sibi per amicos ex Sylla cognitum, posse conditionibus bellum componi. Jugurtha cupere se omnia, quæ imperarentur, facere respondit; sed Mario parum fidere: sæpe antea cum imperatoribus Romanis pacem conventam frustra fuisse. Ceterum Bocchus, si ambobus consultum & ratam pacem vellet, daret operam, ut una ab omnibus, quasi de pace, in colloquium veniretur; ibique sibi Syllam traderet: cum talem virum in potestate habuisset, tum fore ut jussu Senatus populique Romani fœdus fieret; neque hominem nobilem non sua ignavia, sed ob rempublicam in hostium potestate relictum iri. Hæc Maurus dolo, aut vere promisit: temporeque & loco constituto, in colloquium uti de pace veniretur; Syllam modo, modo Jugurthæ legatum appellans, idem ambobus pollicitus est. Nocte tamen ea, quæ proxima fuit ante diem col-

loquio

Anno U. C. | a. C. N.

loquio decretum, cum remotis amicis ſecum ipſe multum agitas-
648 106 ſet, vultu, colore, ac motu corporis pariter atque animo varius, poſtremo Syllam accerſi juſſit; & ex illius ſententia Numidæ inſidias tetendit: quibus captus poſtridie Jugurtha, Syllæ vinctus traditus eſt, & ab eo ad Marium deductus.

Tum, rebus Numidiæ compoſitis, Marius abſens iterum Con-
650 104 ſul factus, Kalendis Januariis magna gloria triumphavit. Ante currum ipſius Jugurtha cum duobus filiis ductus eſt catenatus; & mox juſſu Conſulis in carcere ſtrangulatus, vel juxta alios fame exſtinctus. Numidiæ pars Mauritaniæ confinis Boccho conceſſa; reliqua Hiempſalem inter & Mandreſtalem, qui genus ab Maſiniſſa ducebant, diviſa.

a bello Cimbrico, uſque ad obitum Syllæ:

Complectens ſpatium annorum 28;
ab anno Urbis conditæ 649. uſque ad 676,
ante Chriſtum Natum ab 165. uſque ad 78.

	Anno U. C.	a. C. N.

I. DUm bellum in Numidia conficitur; graves Romani clades in Gallia acceperunt. Cimbri & Teutones, cladium harum auctores, vulgo ab extremis Germaniæ finibus, ubi nunc Cherſoneſus Cimbrica eſt, Oceani æſtibus compulſi, ad novas ſedes quærendas exiiſſe feruntur. Cum Boji illos finibus Bojohemi arcuiſſent: Scordiſcos primum & Tauriſcos; inde Danubio trajecto, Noricum populati ſunt. Ibi primum
cum Romanis conflixerunt; & Cn. 641 | 113
Papirium Carbonem Conſulem, ultro recedentes perfide per inſidias aggreſſum, ingenti ad Norejam clade mulctarunt. Inde in Helvetios & Galliam deflexerunt: ſedibusque & agris, quos poſcebant,
negatis; M. Junium Silanum Con- 645 | 109

Anno
U. C. | a.C.N.

sulem, Q. Metelli Numidici col-
legam, signis in Gallia Narbo-
nensi collatis, fuderunt. Dein
Tigurini, nobilis Helvetiæ pagus,
ab Cimbris exciti, cum patria re-
licta per Allobrogum fines transi-
tum in Galliam molirentur; ob-
647 | 107 vium sibi L. Cassium Longinum
Consulem, Marii I. Consulis col-
legam, insidiis circumventum ad
internecionem ceciderunt. Post-
648 | 106 ea quidem Q. Servilius Cæpio Con-
sul Tolosam urbem, ab Cimbris
sollicitatam, præsidioque Romano
oppresso jam deficientem, recepit:
sed fœda profanorum pariter ac
sacrorum direptione animos Gal-
lorum ita accendit, ut frequentes
arma cum barbaris jungerent. Qua-
re cum unus exercitus tanto bel-
649 | 105 lo impar videretur: & Cæpioni im-
perium prorogatum; & Cn. Mal-
lius Consul cum novo exercitu in
Galliam missus. Quorum vecor-
dia & dissensio mox causa popu-
lo Romano fuit cladis, quantam fere
ab urbe condita perpessus unquam
fuerat. Primo enim barbari Lega-

Anno U. C. | a. C. N.

tum Conſulis M. Aemilium Scaurum, virum conſularem, fuſis cæſisque copiis quibus præerat, ceperunt: 649 | 105
ac brevi poſt ipſos Conſulis Proconſulisque exercitus, ſpatio locorum & ſimultate ducum diviſos, juxta Rhodanum flumen oppreſſerunt; & ingenti internecione attritos caſtris etiam exuerunt. Duo filii Conſulis, cum LXXX. millibus Romanorum ſociorumque, item calonum & lixarum millibus XL. interfecti fuisſe traduntur.

II. Timor inde grandis Romæ fuit, quantus vix Annibalis, tempore Punici belli. 649 sqq | 105 sqq
Ergo C. Marius abſens, & poſt victoriam Jugurthinam rebus Numidiæ componendis occupatus, ſecundo Conſul eſt factus; bellumque ei contra Cimbros & Teutones decretum. Tertium quoque iterum abſenti in Gallia, & quartum præſenti ac habenti comitia (detrectanti quidem per ſimulatam modeſtiam, ſed cupidiſſime per L. Apulejum Saturninum tribunum plebis am-

Anno
U. C. | a C. N.

bienti) delatus eſt Conſulatus ;
quia bellum Cimbricum protrahe-
batur. Barbari quippe poſt ſtra-
gem Mallii & Cæpionis, quicquid
Rhodanum inter & Pyrenæum eſt,
depopulati, in Hiſpaniam tranſie-
runt: unde demum, clade Fulvio
651 | 103 Prætore duce ab Celtiberis acce-
pta, in Galliam redierunt. Inte-
rim Marius exercitum ſumma cum
cura inſtruxit; & per L. Syllam
Legatum Gallos Tectoſagos devi-
652 | 102 cit. In quarto Conſulatu colle-
gam Marius habuit Q. Luctatium
Catulum. Et cum barbari bipar-
tito agmine Italiam petere nuncia-
rentur; Cimbri ac Tigurini per
Noricos, Teutones Ambronesque
per Liguriam: Marius his Galli-
am tranſeuntibus ſe objicere; Ca-
tulus ad Alpes in præſidium Ita-
liæ excubare juſſus. Marius nihil
nec conviciis barbarorum, nec mi-
litum murmure motus, pugnæ co-
piam facere conſtanter detrectavit;
donec animos ſuorum ſatis confir-
matos aſſuetudine videndi audien-
dique terribiles hoſtium vultus ac

ſtre-

Anno U.C. | a.C.N.

ſtrepitus intelligeret. Tandem
illos, præter caſtra ſua ſextidui a-
gmine ad invadendam Italiam pro- 652 | 102
greſſos, prope Aquas Sextias aſſe-
cutus; Ambrones primum, & po-
ſtridie Teutones ad internecionem
cecidit. Barbarorum millia cen-
tum cæſa aut capta eſſe, auctores
in æſtimanda clade modeſtiſſimi re-
ferunt: ab aliis cæſa traduntur du-
centa millia; capta nonaginta cum
rege Teutobodo, viro proceritatis
eximiæ. Propter quod meritum
Marius abſens quinto Conſul eſt
factus.

Tum Cimbri, quorum copia ad- 653 | 101
huc maxima erat, per Noricas Al-
pes in Italiam tranſierunt; & A-
theſi amne trajecto, ad Padum us-
que progreſſi ſunt; cum Catulum
Proconſulem terror, qui exercitum
ipſius invaſerat, retro cedere co-
egiſſet. Dein autem Marius Con-
ſul & Catulus Proconſul, conjun-
ctis exercitibus, in campis Rau-
diis prope Vercellas cum Cimbris
dimicarunt; Catulus autem felici-
us Mario, cujus in barbaros im-

Anno U. C. | a.C.N.

petum denſiſſimi pulveris objecta caligo retardavit. Eo prœlio CXL. 653 101 millia hoſtium aut in pugna, aut in fuga, cæſa fuiſſe; LX. millia capta; Romani milites ex utroque exercitu trecenti periiſſe traduntur. Tria & triginta Cimbris ſigna ſublata ſunt: ex quibus exercitus Marii duo reportavit; Catuli exercitus triginta & unum. Tigurini poſt Cimbrorum ſtragem ex præſidio Alpium Noricarum, ubi relicti fuerant, fuga dilapſi ſunt. Is belli Cimbrici finis fuit. Triumphus Mario & Catulo decretus.

653 101 ſq ſq III. Eodem tempore Conſul Manius Aquilius Nepos, Marii V Conſulis collega, bellum ſervile ſecundum confecit: quo ſervi fugitivi, Salvio quodam Italo, qui Tryphonis nomen ſumſit, & Athenione Cilice ducibus, Siciliam iterum, cæſis quoque prætoriis exercitibus, per quadriennium vaſtaverant.

654 100 Marius, cujus inexplebilem ſitim jam neque ſoliti honores ulli, neque inſoliti & cumulati ſatia-

bant,

Anno U. C. | a.C.N.

bant, ſuffragiis pecunia diſtributa
emtis, & L. Apuleji Saturnini, i-
terum Tribuni plebis, opera, ſex- 654 | 100
tum Conſul eſt factus. Ipſoque ad-
jutore Saturninus urbem agrariis
frumentariisque legibus ac tumul-
tibus turbavit; & Metello Numidi-
co, qui ſolus ex Patribus in legem e-
jus agrariam, vi perlatam, jurare
conſtanter recuſabat, aqua ignique
interdixit. Sed cum gladiis & cæde
comitia ipſa violaſſet, totumque
civitatis ſtatum convellere nite-
retur: Marius, non ultra cauſam
ejus adverſus conſenſum Senatus
ac bonorum omnium tueri auſus,
armis illum oppreſſit. Fruſtra ta-
men de Metello revocando per bi-
ennium omnibus fere concionibus
actum. Victus tandem Marii ob- 656 | 98
ſiſtentis livor conſenſu civitatis,
& indefeſſa ſupplicandi diligentia
Metelli filii, cui Pio inde cogno-
men datum; & revertens Numidi-
cus ſummo favore exceptus eſt.
Cujus reditum ne videret; Mari-
us per cauſam voti, quod Cim-
brico bello Magnæ Matri voviſſe

Anno U. C.	a. C. N.	
		afferebat, in Asiam navigavit.

IV. Cum Equites Romani (judiciorum potestatem primum integram nacti lege C. Gracchi Tribuni plebis anno U. C. 632, dein communicatam cum Senatu lege Q. Servilii Cæpionis Consulis anno U. C. 648.) in multos clarissimos innocentissimosque viros petu-
662 92 lanter sæviissent; & nuper P. Rutilium, consularem virum optimum integerrimumque, quia Asiam provinciam ab injuriis publicanorum defenderat, per conspirationem infamem repetundarum damnassent: M. Livius Drusus, Tribunus plebis, Senatui judicia resti-
663 91 tuere aggressus est. Qui ut socios Latini nominis populosque Italicos sibi adjungeret: jus civitatis (in cujus spem Gracchi jam eos erexerant) enixe petentibus, ea de re ad populum se laturum, ac Senatum auctorem fore spopondit; si ad eas, quæ in manibus essent, leges perferendas operam navassent. Dudum enim, qui Latini nominis socii jus civitatis & suf-

fragii

Anno	
U. C.	a. C. N.
663	91

fragii habebant, ita hoc ferebant, ut ex opportunitate temporum magis jus illud usurpare, quam certa niti possessione viderentur. Multum tamen in illis virium erat: quoniam & affinitatibus commerciisque sociati Quiritibus haud parum inde gratia valebant; & suffragiorum potestatem anxie tuebantur, ac sæpe sub comitiorum tempora frequentes in urbe aderant. Dein ut plebe Romana tribubusque propitiis uteretur; frumentarias agrariasque leges Drusus promulgavit, ac per vim tulit. Legem quoque judiciariam ita instruere operam dedit, ut & Senatui gratum faceret, nec odia Equitum irritaret. Tulit ergo: ut Senatoribus totidem numero Equites, delectu insigniorum habito, adderentur; ex his sexcentis decuriæ judicum fierent; si quis pecuniam judicandi causa accepisse perhiberetur, de ea re quæstio esset.

Gratiam autem ab neutris Drusus retulit. Graves præsertim adversarios nactus est L. Marcium

Phi-

Anno U. C.	a. C. N.	
663	91	Philippum Consulem; Q. Cæpionem, Senatorii quidem ordinis, sed pro Equitibus pugnantem, & Q. Varium, Tribunum plebis. Quorum contentione turbata urbe; sociis etiam, ne spe civitatis obtinendæ rursus exciderent, consilio inter se inito apertam jam vim parantibus: Drusus, auctor omnium harum calamitatum accusatus, cum domum se ex concione reciperet, immisso inter turbam percussore, periit. Invidia cædis apud Philippum, Cæpionem & Varium fuit. Confestim etiam, Philippo Consule referente, leges, quas Drusus tulerat, omnes uno eodemque Senatusconsulto, tanquam latæ contra auspicia, abrogatæ fuerunt: & Q. Varius Tribunus, Equitum instinctu, rogationem promulgavit, ut quæreretur de iis, quorum dolo malo socii ad arma essent sollicitati. Quibus ita gestis cum oppressum iri bellum Italicum hostes Drusi sperassent: res in contrarium vertit; statimque audito illius interitu socii in arma iverunt.

Sic

Anno	
U. C.	a.C.N.
663	91

Sic cum prope alia omnia bella cessassent; bellum in Italia gravissimum (Italicum, Sociale, vel Marsicum appellatum) Picentes, Marsi, Pelignique, & cum his Samnites, Vestini, Marrucini, Apuli, Frentani, Hirpini, denique tractus integer Italiæ, qui ab Liri amne ad maris Adriatici sinum infimum porrigitur, moverunt: qui cum annis jam numerosis populo Romano obedirent, omnibusque ejus bellis duplicem, quem Romani, numerum militum præstitissent; tum libertatem sibi æquam, & jus civitatis ejus asserere instituerunt, cujus imperium suo auxilio partum sit, auctumque & servatum. Quæ gentes formam quoque reipublicæ ad exemplum Romanæ composuerunt; capite rerum, consiliique publici sede, & omnis necessarii apparatus arce constituta Corfinio, Pelignorum urbe: quam, veluti communem patriam, Italicam appellarunt; curiaque & foro ac ceteris ædibus publicis instruxerunt. Huc omnia

belli

Anno U. C.	a. C. N.
663	91

belli præsidia congesta, obsides ex omnibus populis missi; magnaque vis pecuniæ & commeatuum convecta. Summa rerum penes quingentos viros erat; ex omnibus civitatibus sociis delectos: hic Senatus vocabatur. Ex eo numero binos quotannis Consules, ac duodenos Prætores creari jusserunt. Primi Consules lecti Q. Pompædius Silo, ex Marsis; C. Papius Mutilus, ex Samnitibus. Prætores, e Marrucinis Hierius Asinius; e Marsis, C. Vettius Cato; e Lucanis, M. Lamponius, Tib. Cleptius memorantur. Habuere etiam Samnites Marium Egnatium, Trebatium, & Pontium Telesinum; C. Judacilium sive Apuli, sive Picentes; Peligni A. Cluentium. Præter hos inter duces sociorum inclaruere T. Afranius, P. Ventidius, C. Pontidius, P. Præsentejus, T. Herennius.

V. Perniciosum admodum hoc bellum fuit; ampliusque trecenta juventutis Italicæ millia abstulisse traditur. P. Rutilius Lupus

Anno	
U. C.	a. C. N.
664	90

Consul cum exercitu cæsus a C. Vettio Catone in Marsis ad Telonium amnem. Q. Servilius Cæpio, Drusi ille adversarius, Rutilii Consulis Legatus, insidiis oppressus in Marsis a Q. Pompædio Silone. Cn. Pompejus Strabo, pariter Legatus Rutilii, ab Asculo repulsus; & in agro Falerino ab conjunctis Judacilii, Afranii, Ventidiique copiis fusus est, ac Firmum fugere coactus. C. etiam Perperna, Rutilii Legatus, cladem a Præsentejo passus est. Vettius Cato L. Julium Cæsarem Consulem in Samnio vicit. Dein idem Consul Papium ad Acerras in Campania profligavit; sed rursus ab Egnatio insidiis circumventus prope Teanum, victus fuit. Contra C. Marius, ad quem, post exstinctum Consulem ac Legatum Cæpionem, Rutiliani imperii summa redierat, Marsos vicit; & L. Sylla, L. Julii Consulis Legatus, eosdem fugientes cum Prætore Hierio Asinio cecidit. Serv. Sulpicius, pariter Julii Consulis Legatus, Pelignos

pri-

Anno U. C. | a.C.N

primum fudit; dein ſimul cum Cn. Pompejo Picentes etiam ad Fir-
664 | 90 mum profligavit. Marius iterum cum Marſis, ſed dubio Marte, conflixit; ac brevi poſt, valetudinis cauſa, imperio ſe abdicavit. Etruſci & Umbri, qui pariter rebellare cœperant, ab A. Plotio Legato & L. Porcio Prætore devicti fuerunt.

665 | 89 Inſequenti anno L. Porcius Cato Conſul, cum, Marſis jam aliquoties victis, caſtra eorum ad lacum Fucenum oppugnaret, & propemodum exploratam illis potiendi ſpem haberet, vulnere accepto cecidit. L. Julius Cæſar Proconſul Papium prope Acerras iterum vicit. Cn. PompejusStrabo Conſul Marſos in Etruriam transgreſſos cecidit; Veſtinos ac Pelignos perdomuit; Aſculum (unde, cæſis Proconſule Q. Servilio & Legato ejus Fontejo, primus belli turbo eruperat) cepit & evertit. L. Sylla, tunc Porcii Conſulis Legatus, Cluentium bis ad Pompejos, tertio ad Nolam profligavit; Papiumque in finibus Sa-

Anno J. C. | a.C.N.

mnitium: & Hirpinos ſubegit. C.
Coſconius Prætor Samnites cum
duce Egnatio in Japygia cecidit; 665 89
Trebatium profligavit ad Aufi-
dum amnem; Apulos pleroſque in
fidem accepit. Serv. Sulpicius,
Pompeji Conſulis Legatus, Mar-
rucinos; Q. Metellus Pius Marſos,
prœliis fractos pacavit. Quibus
tantis calamitatibus & defectione
ſociorum anxii, quotquot arma re-
tinebant, Corfinio deſerto, Aeſer-
niam in Samnitibus publici conſi-
lii ſedem ſtatuerunt: & Prætori-
bus quinque creatis, quorum in
numero Pompædius Silo erat, ſum-
mum imperium huic tradiderunt.

Proximi anni initio Mamercus 666 88
Aemilius, L. Syllæ Conſulis Le-
gatus, cum Pompædio bene pugna-
vit; Metellus Pius Venuſiam A-
puliæ cepit; idemque, vel juxta
alios Serv. Sulpicius, Pompædium
ad Teanum cum exercitu oppreſ-
ſit. Quo, præcipua tanti incen-
dii face, exſtincto; conſilii copia-
rumque inopia bellum langueſcere
cœpit. Lamponius tantum & Cle-

ptius

Anno U. C. a. C. N.

ptius cum parte Lucanorum in armis erant; ac Samnites Nolam & vicina obtinebant.

666 | 88 Tum L. Sylla Consul profectus ad exercitum, qui Nolam obsidebat; & receptis plerisque circa præsidiis, haud procul a fine belli aberat. Sed urbanis primo tumultibus Romam revocatus, dein profectionem adversus Mithridatem maturandam ratus; bellum Italicum omisit. Collegæ quidem ipsius, Q. Pompejo Rufo tum provincia Italia data cum exercitu, qui sub Cn. Pompejo Strabone Proconsule merebat: sed postridie, quam in castra venerat, Consul interfectus scelere Proconsulis, qui ablatum sibi imperium ægre ferebat.

664 | 90 Interim primo jam anno belli legem L. Julius Cæsar Consul ex Senatusconsulto & populi jussu tulit: ut, qui ad eam diem populi per Italiam jura fœderis Romani sancta inviolataque servassent, cives Romani fierent; eaque lege Latio universo & Etruscorum nonnullis civitas data est. Quo beneficio

Anno U. C.	a. C. N.

neficio & ii, quibus fidelibus adhuc ſociis uſa respublica fuerat, confirmati; & qui fluctuabant, retenti; ceteri quoque in ſimilem ſpem erecti fuere. Nec aliter dein bellum, quamvis proſpere gestum, confici poſſe Senatui viſum: 665 89 ſq ſq quam ut iis primum, quorum minor in reſiſtendo pervicacia fuerat; tum promiſcue ſociis omnibus Italicis, Lucanis tantum & Samnitibus adhuc exceptis, civitas daretur. Ne tamen novi cives pari omnino jure cum veteribus eſſent; & qui numero longe ſuperiores erant, ad ſe omnia traherent: P. Licinius Craſſus, L. Julius Cæſar Cenſores tribubus antiquis XXXV. 665 89 eos non immiſcuerunt; ſed ſeorſim recenſitis novas conſtituerunt tribus, quæ poſt antiquas vocarentur. Quo fiebat, ut, qui numero ſuperaturi antiquos cives fuerant, ſi ſuffragia iisdem in tribubus ferre ſinerentur; plerumque ſupervacui fierent, nec ullum in comitiis momentum haberent. Et tum quidem, non animadvertentibus artem ſociis, aut quo-

Anno U. C. | a. C. N.

vis modo civitatem adipiſci pro-
perantibus, non inutile id conſili-
665 89 um fuit; mox vero novas turbas
concitavit.

De judiciis, quæ occaſionem bello præbuerunt, M. Plautius Sylvanus Tribunus plebis tulit: ut ſingulæ tribus quotannis viros quinos denos ex ſuo numero ſuffragiis crearent, eo anno judicaturos; non excepto, quibus ex ordinibus legerentur. Quo factum, ut, præter Equites, Senatores etiam in eo numero, itemque de plebe nonnulli eſſent.

666 88 VI. Anno Urbis conditæ DCLXVI.
primum Romæ bellum civile commotum eſt. Cauſam illi C. Marius dedit. Nam cum L. Cornelius Sylla Conſul contra Mithridatem geſturus bellum mitteretur; isque exercitum ad Nolam in Campania paullisper teneret, ut belli ſocialis reliquiæ tollerentur: Marius jam ſeptuagenarius, gravis etiam corpore, & qui nuper imperio ſe ob ſenectutis incommoda abdicaverat, per P. Sulpicium Rufum Tribunum plebis affectavit,

Anno	
U. C.	a.C.N.
666	88

ut ipſe ad bellum Mithridaticum mitteretur; & Sulpicius, per vim apertam lata lege, ut novi cives ac libertini in XXXV. veteres tribus diſtribuerentur, altera lege C. Marium pro L. Sylla Mithridatici belli imperatorem eſſe juſſit. Qua re Sylla commotus, cum exercitu ad urbem venit. Illic juxta collem Eſquilinum ac poſtremo in Capitolio contra Marium & Sulpicium, cum tumultuaria manu occurrere auſos, dimicavit: primusque urbem Romam armatus intravit; ſollicite tamen cavit, ne quid ab milite victore per inſolentiam in cives committeretur: & hoſtibus profligatis, leges Sulpicii abrogavit; ipſum & Marios, patrem ac filium, cum novem Senatoribus, hoſtes per Senatum judicavit; & lege vetuit, ne qua de re poſthac ad populum ferretur, niſi Patres facti auctores fuerint. Sulpicius profugus in Laurentinis paludibus ſe occultavit; ſed indicio ſervi ſui retractus; & ab equitibus, ad proſcriptos perquirendos miſſis, oc-

Anno U.C. a.C.N.

ciſus eſt. Marius, multis labori-
bus periculisque in fuga defunctus,
666 88 tandem inter Africi maris inſulas
cum filio latuit. Sylla, comitiis
conſularibus habitis, quibus Cn. O-
ctavius & L. Cornelius Cinna cre-
ati, ad bellum profectus eſt; Cin-
na, quem iniquum ſibi & partibus
adverſum ſciebat, jurejurando ad-
ſtricto, ſe nihil novaturum.

630 124 VII. Mithridates VI. Magnus,
ſqq ſqq Eupator, Dionyſius quoque cogno-
minatus, (quem pater Mithridates
V. Evergetes, inſidiis ſuorum an-
no U. C. 630. ſublatus, hæredem
regni reliquerat admodum juve-
nem) mox ſub regni auſpicia Col-
chos aliasque gentes Ponti accolas
perdomuerat, & Cherſoneſum ur-
bem ac Boſpori tyrannum Pari-
ſadem in fidem acceperat, Scy-
thasque ipſis infeſtos multis com-
peſcuerat prœliis; ita ut jam Pon-
tici maris littus meridionale inde
a Paphlagoniæ finibus, totumque
orientale, ac ſeptentrionale ad Boſ-
porum uſque Cimmerium, cum
Cherſoneſo Taurica, teneret. Ro-

Anno	
U. C.	a.C.N.
630	124
ſqq	ſqq

mani pridem animum ejus offenderant, Phrygia majori pupillo ademta, quam patri ejus præmium lati adverſus Ariſtonicum auxilii conceſſerant. Cum deinde Paphlagoniam, ſocietate inita cum Nicomede III. Bithyniæ rege, invaſiſſet; et Senatus reſtitui eam in ſtatum priſtinum juſſiſſet: Mithridates, viribus ſuis jam confidens, hæreditarium id patri ſuo regnum eveniſſe reſpondit; & Galatiam quoque occupavit: Nicomedes, quoniam jure tueri ſe non poterat, juſto regi redditurum ſe, quod occupaverat, reſpondit; itaque filium ſuum, mutato nomine, Pylæmenem Paphlagonum regum nomine appellavit, & quaſi ſtirpi regiæ reddidiſſet, regnum falſo nomine tenuit. Brevi poſt Mithridates Ariarathem, Cappadociæ regem, (filium ejus, qui bello contra Ariſtonicum ceciderat) ſororis ſuæ Laodices maritum, per Gordium quendam Cappadocem inſidiis occidit; ut viam ſibi ad Cappadociam occupandam pararet.

Anno U.C.	a.C.N.	
630 sqq	124 sqq	Dum vero de tollendis Ariarathis filiis consilia agitabat; Nicomedes, in matrimonium assumta Laodice, regnum invasit. Quod ægre ferens Mithridates præsidia Nicomedis Cappadocia expulit; eamque filio sororis suæ natu majori, & ipsi vocato Ariarathi, reddidit. Mox autem, cum Gordium regicidam restitui in patriam postulasset, abnuissetque rex juvenis: bellum ei intulit; sollicitatumque ad colloquium interfecit: Cappadociam suomet filio octenni, imposito Ariarathis nomine, sub tutela Gordii tradidit. A quo cum Cappadoces defecissent; regnumque hæredi legitimo, Ariarathis filio & Mithridatis ex sorore nepoti alteri, detulissent: Mithridates confestim eum armis Cappadocia expulit; nec multo post ex ægritudine animi adolescens decessit.
662	92	Tum vero Nicomedes tertium Ariarathis filium subornavit, qui regnum paternum coram Senatu Romano repeteret; uxorem quoque Laodicen Romam misit, quæ testi-

	Anno	
	U. C.	a C. N.

ſtimonium ſuſceptorum trium ex Ariarathe filiorum perhiberet. Quod ubi Mithridates cognovit; 662 92
& ipſe pari impudentia Gordium Romam miſit, qui Senatui afferret: puerum, cui Cappadociam tradiderat, ex eo Ariarathe genitum, qui bello Ariſtonici auxilia Romanis ferens cecidiſſet. Sed Senatus, fraudes regum intelligens, & Mithridati Cappadociam, & Nicomedi Paphlagoniam abjudicavit; utrumque populum liberum eſſe juſſit: Cappadocibus, regem flagitantibus, Ariobarzanem eligere permiſit; eique per L. Syllam, tunc Prætorem, fruſtra armis obnitente Gordio, regnum tradi curavit. Tum Mithridates
Tigranem, Armeniæ regem, tra- 663 91
dita ei in matrimonium Cleopatra filia, impulit, ut bellum Ariobarzani inferret: qui cum ad primum Tigranis adventum Romam aufugiſſet; rurſus Cappadocia juris eſſe Mithridatis cœpit. Eodem tempore mortuo Nicomede III. Bithyniæ rege; filium quo-

Anno
U. C. | a.C.N.

que ejus natu majorem, Nicome-
dem IV, quaſi ex ſaltatrice geni-
663 91 tum, Mithridates Bithynia expu-
lit; fratrique ejus Socrati Chreſto,
tanquam materna origine potiori,
regnum tradidit. Nicomedes Ro-
mam confugit. Senatus legatis
664 90 Manio Aquillio, conſulari viro,
Manilio Mancino, prætorio, Aſiæ-
que Proconſuli L. Caſſio negotium
demandavit Nicomedem pariter &
Ariobarzanem in regna reducendi.
Quod cum facile, Mithridate neu-
tiquam reſiſtente, effeciſſent: non
contenti hoc ejus obſequio; ultro
etiam illum per Nicomedem &
Ariobarzanem vaſtatione finium,
ipſi minacibus mandatis Senatus
frivolisque & iniquis ad querelas
ejus reſponſis laceſſivere. Tum
665 89 vero Mithridates, ſe jam haud ob-
ſcure a Romanis læſum palam te-
ſtatus, victo Mancino pulſoque A-
riobarzane Cappadociam denuo oc-
cupavit; dein Nicomede profliga-
to Pylæmeneque ejecto, etiam Pa-
phlagoniam: iterumque in finibus
Bithyniæ victo Nicomede, & A-
qui-

Anno U. C. a.C.N.

quillio ad Sangarium flumen; Bithynia, Phrygia, & omni Aſia minori potitus eſt: ſummis ubique 665 89
exceptus ſtudiis gentium & civitatum; quæ rapacitatem Proconſulum, exactiones publicanorum, calumniasque litium ægre dudum ferebant. Nec niſi Rhodii & Magnetes in fide Romana manſerunt.
Mithridates, his ita proſpere ge- 666 88
ſtis, litteras per omnem Aſiam miſit; ut, ubicunque inventi eſſent cives Romani, uno die occiderentur. LXXX. circiter millia Romanorum & Italicorum clade hac periiſſe traduntur.

VIII. Interea etiam Athenæ, civitas Achajæ, Mithridati tradita eſt ab Ariſtione Athenienſi; quem Legatum ad ſe Athenis miſſum donis rex ſibi devinxerat: & Archelaus, gente Cappadox, princeps amicorum regis, ingenti cum claſſe & magnis copiis equitum ac peditum ad Achajam miſſus, Cycladas inſulas, Achæos, Lacedæmonios, univerſamque Bœotiam præter Theſpias in deditionem accepit.

Anno U.C.	a.C.N.	
		cepit. Bœoti ſub adventum Syllæ eadem cum levitate rurſus a Mithridate, qua ante a Romanis, deſciverunt; & ceteri fere Græci, præter Athenienſes, exemplum eorum ſecuti ſunt.
667	87	Sylla Archelaum & Ariſtionem, obviam ei cum exercitu progredi auſos, devicit; muros, qui a portu Piræeo ad urbem Athenas pertinebant, diruit; Archelaum intra Piræei munimenta compulſum vi ſumma oppugnavit; Ariſtionem in urbe obſedit.
668	68	Nec tamen niſi ſequenti anno urbe primum, dein etiam Piræeo per vim potitus eſt. Athenæ, ultima quæque per famem & tyrannidem Ariſtionis expertæ, crudeliter etiam ab Syllæ militibus direptæ fuerunt. Paucis, qui tot cladibus ſupererant, civibus in gratiam majorum Sylla condonavit; ſuffragia vero legum & magiſtratuum abſtulit, poſteris tamen illorum ea quoque ſe reddere denunciavit; mœnia diruta refici vetuit. Poſtea prœlio ad Chæroneam Bœotiæ commiſſo contra Archelaum,

Anno	
U. C.	a.C.N.
668	86

Piræeo cum classe elapsum, & Taxilen, qui cum auxiliis per Thraciam Macedoniamque adductis in Thessalia se Archelao junxerat; ita eos Sylla, opportunitate usus angustiæ locorum, devicit: ut ex CXX. millibus vix decem Archelao superessent, quæ cum ipso Chalcidem Eubœæ profugerunt; ex Syllæ exercitu quatuordecim tantum homines interficerentur. Hac pugna cognita, Mithridates LXX. millia lectissima, Dorylao duce, ex Asia Archelao misit; qui tum Bœotia rursus potitus est. Sylla, reversus ex Thessalia, in quam exercitum jam duxerat, tertium cum Archelao conflixit ad Orchomenum Bœotiæ, biduo continuo. Primo prœlio XX. millia hostium interfecta sunt, filiusque Archelai Diogenes; secundo omnes Mithridatis copiæ exstinctæ sunt. Archelaus ipse biduo nudus in paludibus latuit; tertio demum die naviculam nactus, qua Chalcidem trajiceret. Ibi quicquid usquam regiarum copiarum propinquis in regi-

Anno	
U. C.	a.C.N.

regionibus agebat, summo studio contraxit; ut Eubœam saltim teneret.
668 86 Hac re audita, Mithridates cum Sylla de pace per Archelaum agere cœpit; quæ ita convenit: ut Mithridates, patrio contentus regno, cetera, quibus oporteat, restitueret; bis mille talenta, naves LXX. rostratas cum omni armamento, & quingentos sagittarios Syllæ præstaret; captivos redderet. Archelaus præsidia, quibus præerat, statim deduxit; Mithridates pacem ratam habere etiam nunc detrectavit.

667 87 IX. Sylla ex Italia profecto, Cinna Consul, contra fidem ei datam, perniciosas ferre leges cœpit; ab eadem illa orsus, quam nuper Tribunus plebis Sulpicius promulgaverat: ut novi cives in omnibus tribubus suffragia ferrent. Ad quam legem sciscendam ingens ex universa Italia novorum civium multitudo Romam confluxit. Contra veteres cives, & quicunque tranquilla gaudebant republica, obnitebantur. Apparebat enim, rem

Anno	
U. C.	a.C.N.
667	87

ad revocandos exules ſpectare; renovandaque mala, e quibus vix civitas fuerat eluctata. Cum igitur Cinnani, ſicis veſte tectis, in forum convolaſſent; melior pars civitatis ad Cn. Octavium Conſulem, nec ipſa inermis, confluxit. Fœdum inde prœlium in foro commiſſum. Cinna urbe pulſus. Senatus magiſtratum illi abrogavit; & L. Cornelius Merula, Flamen Dialis, in locum ejus Conſul fuit ſuffectus.

Cinna in Campaniam profugus exercitum primo, qui ſub Appio Claudio ad Capuam caſtra habebat, in ſuas partes pertraxit: dein circum urbes ſociorum diſcurrit; & cauſæ ipſorum ſuſceptæ victimam ſe eſſe jactans, brevi ingentes copias comparavit. Tum Mario ceterisque exulibus ad communionem conſiliorum & ſpei vocatis; Samnitibus etiam, promiſſa civitate & ceteris quæ flagitabant, ſibi adjunctis; & quatuor factis exercitibus, quos Cinna ipſe, C. Marius, Q. Sertorius, & Cn. Papirius

Anno U. C.	a.C.N.
667	87

Carbo ducebant: ad urbem oppugnandam acceſſit. Cn. Pompejus Strabo Proconſul cum anxius conſcientia necis Pompeji Ruſi Conſulis diu ſe dubium & inter utrosque ancipitem geſſiſſet; optimatium tandem cauſam amplexus, ad urbem cum exercitu venerat. Octavius quoque Conſul copias, & cetera ad tuendam urbem, ſed lentis ſegnibusque conſiliis, paraverat. Pompejus ancipiti Marte cum Sertorio prope portam Collinam conflixit. Utriusque, & Octavii, & Pompeji exercitum mox peſtilentia invaſit. Denique Pompejus fulmine tactus periit; & copiæ ejus pleræque ſigna ad hoſtem transtulerunt. Tum Senatus conſilii viriumque inops, cum longe omnia auxilia abeſſent, legatos ad Cinnam de pacis conditionibus miſit. Merula ſponte ſe Conſulatu abdicavit, ut Cinnæ redderetur; qui tantum, ut cædibus temperaret, rogatus. Lex de reſtituendis exulibus lata. Quibus factis, Cinna & Marius in urbem velut

Anno U. C. a.C.N.

vi captam cum exercitibus irruerunt.

Octavium Conſulem equites a Cinna præmiſſi in Janiculo interfecerunt. Mario dein auctore urbs cædibus ac rapinis vaſtata. Syllanæ everſæ leges: amici ejus, quotquot corripi poterant, interemti; capita nobiliſſimorum pro roſtris expoſita. L. Merula, qui Cinnæ Conſul ſuffectus fuerat, & Q. Catulus, Marii in bello Cimbrico collega, ipſi ſibi mortem conſciſcere coacti. Sylla, & quotquot ejus amici aut ſaltim Mario inviſi effugerant, hoſtes judicati; bona eorum publicata & direpta. Cinna Conſules in annum ſequentem ſe iterum, & C. Marium ſeptimum, citra ulla comitia, pronunciavit. Sed ſanguinarius ſenex primis ſtatim Conſulatus diebus, ſumma cum lætitia omnium, morbo periit. Cinna L. Valerium Flaccum collegam in ejus locum cooptavit; cui mox Aſia provincia & bellum Mithridaticum ſenatusconſulto decreta fuere.

(Margin, beside "Octavium Conſulem equites a": 667 | 87; beside "na Conſules in annum ſequentem": 668 | 86)

Anno U. C. a.C.N. 669 85

X. Sylla, Græciæ rebus compositis, Thraces, Dardanos, Scordiscos & Moesos, qui Mithridatis partes secuti Macedoniam & vicinas regiones invaserant, bello aggressus; partim vicit, alios in fidem accepit. Valerium Flaccum, qui in Asiam cum exercitu trajecerat, C. Fimbria Legatus, seditione militum commota, imperio vitaque exuit. Quo facto Fimbria Mithridatis filium, patri cognominem, Taxilemque & Diophantum ac Menandrum duces variis prœliis, novissimo præsertim ad Miletopolin Mysiæ oppidum prope Rhyndacum amnem, profligavit: & contra regem ipsum, Pergami sedentem, duxit; obviam progressum fudit; ac Pergamum primo, inde Pitanen Mysiæ fugere coegit: unde, conscensis navibus, ægre dilapsus est. Tunc Mithridates legatos ad Syllam misit, qui jam ad Hellespontum contendebat: ceteras fœderis cum Archelao pacti conditiones probare regem nunciantes; de Paphlagonia tantum re-

Anno U. C. | a. C. N.

ſtituenda, navibusque tradendis ne-
gantes. Quibus ferociter à Sylla
reſponſum. Interim L. Lucul- 669 | 85
lus, Quæſtor Syllæ, claſſe compa-
rata, duobus circa Leucton Tro-
adis & ad Tenedum prœliis claſ-
ſes Mithridatis profligavit; & tu-
tum Syllæ in Aſiam tranſitum
præſtitit. Cui Dardanum Troa-
dis progreſſo Mithridates adfuit;
& hinc Fimbriam bello ferocem
pactisque infidum metuens, inde
iracunda Syllæ oratione territus,
in pacem cum Archelao pactam
conſenſit. Inde contra Fimbriam
Sylla verſus Thyatira Lydiæ mo-
vit; & deſertum ab militibus, ſpe
præmiorum corruptis, Pergamum
fugere; ibique manus ſibi inferre
coëgit. Tum Nicomedem & A-
riobarzanem reges Sylla in regna
reduxit; Aſiamque ordinavit. I- 670 | 84
lienſes, Chios, Rhodios, Lycios,
Magnetes, & ſi qui alii contra
Mithridatem auxilia præſtiterant,
aut ob ſtudium Romanarum par-
tium gravia ab eo paſſi fuerant,
recreavit; liberosque & immunes

Anno	
U. C.	a.C.N.

ac populi Romani amicos esse jussit. Cæteras urbes, distributo per
670 84 eas exercitu, præsidiis oneravit; omnis generis licentia militi in eas permissa: insuper XX. millibus talentorum mulctavit.

669 85 XI. Interim Cinna se tertium, & Cn. Papirium Carbonem Consules sine comitiis fecit. Senatus legatos ad Syllam de pace concilianda misit. Consules, magistratu sibi etiam in annum sequentem prorogato, ex universa Italia pecuniam, milites & annonam cogere; classe instructa oram omnem Italiæ maritimam custodire; & jam copias in Liburnos præmittere cœperunt, unde potissimum advenienti Syllæ occurrere constituerant. Quarum agmen cum tempestate ad littora ejectum; militesque, exscensione facta, civile bellum detestantes domum dilapsi essent; ceteri dein naves conscendere detrectarent: Cinna, jam quar-
670 84 tum Consul, Anconam, ubi congregatæ ingentes copiæ erant, accurrit, ut minaci oratione terri-

	Anno U.C.	a.C.N.
tos milites ad obſequium revocaret; tumultu autem facto, occiſus eſt. Carbo inde toto fere anno Conſulatum ſolus geſſit. Ab Tribunis vero plebis comitia conſularia habere coactus eſt; quibus L. Cornelius Scipio, C. Junius Norbanus deſignati fuere. Tantis tamen animis inſurrexit factio Carbonis, ut Senatus ſententiam eorum ſequi cogeretur, qui rejectis Syllæ conditionibus bello contendendum cum eo cenſebant. Comparatæ contra ipſum CCCXL. cohortes; quibus XV. duces præerant.	670	84
Adverſus quos nihilo ſegnius Sylla, compoſitis Aſiæ & Græciæ rebus, Dyrrachio in Italiam trajecit cum quinque legionibus, & Achajæ Macedoniæque auxiliis; ac millibus ſex equitum: ubi mox Q. Metellus Pius, ſocer ejus, qui hactenus in Africa & Liguribus latuerat, cum copiis quibusdam ad ipſum acceſſit. Primo prœlio Sylla contra Norbanum Conſulem dimicavit & C. Marium, Marii ſepties Conſulis ex fratre nepotem	671	83

Anno U. C.	a.C.N.
671	83

& per adoptionem filium, haud procul a Capua; quo VII. millia eorum cecidit, CXXIV. ſuorum amiſit. Inde etiam ad Scipionem Conſulem ſe convertit; & totum ejus exercitum, promiſſis corruptum ac laudibus benignitatis liberalitatisque, queis Syllani milites imperatorem ſuum celebrabant, ſine ſanguine in deditionem accepit. Conſul ipſe cum filio captus; quos Sylla incolumes dimiſit. Multis præterea, & bonis pleriſque ad Syllam confluentibus; magna indies incrementa res ipſius capiebant. Metellus Pius præcipuo momento erat; quem ſanctæ integræque conſtantiæ virum nunquam adhæſurum illi cauſæ cenſebant, niſi juſtiorem & patriæ ſalubriorem judicaſſet. Adverſæ etiam factionis complures ad Syllam defecerunt; quorum præcipuus fuit P. Cethegus. Ex nobilibus autem, qui frequentes ad Syllam cum clientibus ſuis confluxerunt; M. Licinius Craſſus, cujus pater & frater Marii juſſu interfecti

Anno	
U. C.	a.C.N.
672	82

fecti fuerant, & Cn. Pompejus, Cn. Pompeji Strabonis filius, operam Syllæ utilissimam copiis passim conscriptis præstitere.

XII. Romæ Cn. Papirius Carbo III. & C. Marius, XXVI. (imo juxta alios XX. tantum) annos natus, Consules per vim creati. Marius, paternæ sævitiæ adolescens, novis in Senatum cædibus per Damasippum Prætorem grassatus est. Sylla contra ipsum prope Signiam ad Sacriportum dimicavit: & XX. millia hostium eo prœlio cecidisse, capta fuisse VIII. millia in commentariis suis scripsit; suos tantum XXIII. desideratos. Marius cum reliquiis exercitus Præneste fugit; ubi statim eum Sylla circumvallavit; præfecto operi Lucretio Ofella, equite Romano, qui nuper a Carbone ad ipsum desciverat. Tum rebus ad Præneste constitutis, urbem Sylla ingressus est: quæ ultro patuit; fame urgente populum, & jam inter tot bellorum civilium vicissitudines assuetis hominibus potentiori accede-

Anno U. C.	a. C. N.
672	82

re. Ibi bona inimicorum, qui sub adventum ejus aufugerant, sub hasta vendidit. Nec tamen diutius commoratus, quam dum, negotiis instantibus curatis, amicorum quosdam rebus urbanis præficeret; in Etruriam adversus Carbonem contendit. Rursus pugnam acerrimam & diu ancipitem habuit ad portam Collinam contra Lamponium Pontiumque Telesinum, Lucanorum & Samnitium imperatores, & Carinatem, Carbonis Legatum, Damasippum Prætorem, aliosque partis Marianæ duces. LXXX. millia hostium in eo prœlio contra Syllam fuisse dicuntur. XII. millia Syllæ se dediderunt; ceteri in acie, in fuga, insatiabili ira victorum consumti sunt. Samnites præsertim & tunc, & quotquot ubicunque in manus venerunt, Syllæ jussu tanquam perpetui nominis Romani hostes absque venia cæsi. Carbo Consul, cum post varias clades, quas ipse & Legati ab Metello, Pompejo, Sylla & M. Lucullo in Gallia Cis-

al-

Anno
U. C. a.C.N.

alpina Etruriaque acceperant, de-
fectione etiam ſuorum territus,
de Italia retinenda deſperaret; ab 672 82
Arimino ad Africam fugit. Præ-
neſte oppidum deditum ab obſeſ-
ſis, poſt prœlium ad portam Col-
linam & Carbonis fugam auxilii
inopibus; Marius, evadere fruſtra
conatus, mortem ſibi conſcivit.
Carbo in Coſſura Inſula Africam
inter & Siciliam deprehenſus, in-
deque in Siciliam adductus ad
Pompejum, quem Sylla ad illam
occupandam miſerat, morte ab eo
mulctatus eſt. Pompejus, Sici-
lia recepta, transgreſſus ad Afri- 673 81
cam; Cn. Domitium Aenobarbum,
Cinnæ generum, & Hiarbam Nu-
midiæ regem, qui Domitio auxi-
lium ferebat, prœlio circa Uti-
cam cecidit, quo Domitius per-
iit; tum Hiarbam Bullæ obſeſſum
& captum interfecit; ac Hiem-
pſali regnum Numidiæ reſtituit.
Tandem Nola etiam, quam Sa- 676 80
mnites adhuc tenebant, M. Aemi-
lio Lepido per proditionem tra-
dita; Samnites ipſi ſibi manus in-

Anno U. C.	a. C. N.	
		tulerunt; & injecto domibus igne urbem seque concremarunt. Hunc finem habuerunt duo bella funestissima; Italicum, quod & sociale dictum est, ac civile: quæ ambo, tracta per annos decem, consumserunt ultra CL. millia hominum, viros consulares XXIV, prætorios VII, ædilitios LX, Senatores fere CC.
672	82	XIII. Carbone ex Italia pulso, & viribus partis adversæ prœlio ad portam Collinam penitus fere prostratis: Sylla hactenus modestissimus, quæ adhuc præclara aut excusanda saltim gesserat, crudelitate immani fœdavit; qua Cinnam quoque & Marios longo post se intervallo reliquit. Primum postero, quam ad portam Collinam pugnatum est, die octies mille deditios, in villam publicam deductos, eodem tempore quo Senatum in ædem vicinam Bellonæ convocaverat, trucidari jussit; Patribusque ad horribilem tumultum exterritis, eodem quo dicere cœperat vultu ac vocis tenore: hoc

agite,

Anno U. C.	a C. N.
672	82

agite, inquit, Patres conſcripti; pauci ſeditioſi juſſu meo puniuntur. Proximis deinde diebus paſſim per urbem omnemque Italiam, quos Syllæ aut cuipiam ſatellitum ejus adverſatos conſtabat, interfecti. Quam gladiorum licentiam cum pauci optimates in Senatu reprehendere auſi eſſent; Sylla contra negaret conſtitutum ſibi adhuc eſſe, quibus parceret; Furfidius quidam, turpiſſimus aſſentator: quin igitur edis, inquit, quos tibi punire certum eſt. Id ſe facturum Sylla reſpondit: & mox proſcriptionis propoſuit tabulam, in qua nomina erant LXXX; quæ inter conſularia quatuor, Carbo, Marius, Norbanus & Scipio, dein Sertorius, & alii quos Sylla præcipue oderat. Quibus, uno tantum die interpoſito, CCXX; ac poſtridie iterum haud pauciores adſcripſit. Addidit pro concione: eos, quorum meminiſſet, proſcripſiſſe; de ceteris decreturum, ubi in mentem veniſſent. Iis qui reciperent proſcriptos, pœna mortis;

Anno	
U. C.	a. C. N.
672	82

interfectoribus proditoribusque præmia constituta. Capita interemtorum relata ad Syllam, ac pro rostris exposita. Nec Romæ tantum, sed per omnem Italiam ita sævitum. Numerusque per iram odiumve victoris pereuntium exiguus erat præ multitudine illorum, qui facultatum causa necabantur; quorum etiam per nomenclatorem conquisita nomina tabulæ tyrannus adjecit. Nec securiores erant, quorum nominibus crudelis stilus pepercerat: neque enim proscriptos modo jugulari, sed jugulatos etiam proscribi solenne fuit. In universum amplius quam centum millia civium Romanorum & Italicorum, quos inter Senatores XC, consulares XV, equites circiter bis mille sexcenti, vita, vel certe exilio bonisque mulctati fuisse traduntur. Denique municipia, colonias & civitates integras Sylla mulctavit; aliarum arcibus mœnibusve dirutis, aliis gravi exactione oppressis: quædam etiam sub hasta venierunt; uti Floren-

tia,

Anno	
U. C.	a. C. N.
672	82.

tia, Spoletium, Præneſte, Sulmo, Interamna.

XIV. Conſulibus Mario & Carbone ſublatis, cum ad interregnum reſpublica rediiſſet; Sylla paullisper ex urbe ſeceſſit, ſcripſitque Interregi L. Valerio Flacco, Principi Senatus: referret ad populum, videri ſibi Dictarorem creandum, nec ad certum tempus, ſed donec conſtituta reſpublica foret; ſi Populus Romanus ſibi id onus imponere velit, ſe ipſius cauſa non recuſaturum. Dictator itaque perpetuus comitiis populi Sylla creatus; cum per annos jam CXX. Dictator nemo factus eſſet. Lex etiam ab Interrege lata fuit: qua rerum omnium plena & libera poteſtas Syllæ data; ut colonias deducere, urbes condere aut evertere, regna eripere & dare, quem vellet civium indicta cauſa occidere poſſet. Dictator eundem L. Valerium Flaccum Magiſtrum equitum dixit. Dein ex antiquo retulit: ne quis Præturam ante Quæſturam peteret; neve Conſula-

tum

Anno U. C.	a. C. N.
672	82
sqq	sqq

tum ante Præturam; qui Aedilis fuisset, continuo Prætorem fieri, & ex Prætura Consulem licere; Prætores octo quotannis creari; Consulem eundem iterum, nisi decennio interposito, creari non licere. Itemque de majestate: ne cui eorum, qui cum imperio essent, exire de provincia sua, exercitum educere, bellum injussu populi gerere, aut in regnum externum ingredi liceret. Tribunis plebis jus omne legum rogandarum ademit, auxilii tantum intercessione ferendi potestatem reliquit; & ne quis senator tribunatum peteret, nec quis tribunicius alium peteret magistratum, sanxit. Senatum per clades superiores infrequentem tributis comitiis ex equestri ordine supplevit auxitque; adlectis circiter trecentis: & judicia ei reddidit. Proscriptorum filiis jus petendi honores ademit. Denique ut urbem & Italiam suæ factionis hominibus quasi compedibus vinctas teneret: decem millia servorum ætate ac viribus florentium, ma-

Anno U. C. | a.C.N.

numiſit; qui inter cives adſcripti
de nomine patroni, uti mos erat,
Cornelii fuerunt appellati: muni- 672 | 82
cipiis autem pleriſque, non modo ſqq | ſqq
quæ arma contra ipſum tulerant,
ſed & quorum neutram in partem
inclinata fuerant ſtudia, quibus-
dam etiam quæ pro ipſo ſteterant,
civitatem vel agros ſaltim ade-
mit; coloniasque militares XXIV.
in ea deduxit, & illis agros di-
viſit.

XV. Idem Dictator de Mithri- 673 | 81
date ingenti gloria triumphavit.
Eodemque vel ſequenti anno de
Mithridate etiam L. Murena trium-
phavit; quem Sylla ex Aſia de-
cedens Legatum ibi cum duabus
legionibus Fimbrianis reliquerat.
Cum enim Mithridates in regnum 670 | 84
reverſus bellum ſumma vi adver-
ſus Colchos Boſporanosque pararet,
qui bello Romano ab ipſo defece-
rant: Murena (qui prædæ ac tri-
umphi avidus belli cauſas circum-
ſpectabat, magis hæc contra Ro-
manos quam barbaros parari inter-
pretratus; præterea ſuſcitatus ab

Anno U.C. a.C.N.

Archelao, qui ſuſpicacem regis
animum timens ad Murenam con-
fugerat; & ab Ariobarzane, cui
ita Cappadociam Mithridates re-
ſtituerat; ut loca quædam ſibi op-
671 83 portuna retineret) irruptionem in
Ponti fines fecit: eosque primum
non reſiſtente Mithridate, ne bel-
lo cauſſam dediſſe argueretur, im-
pune populatus; dein vero ad Ha-
lyn fluvium, clade accepta, repul-
672 82 ſus fuit. Inde Sinopen urbem
fruſtra oppugnavit. Tandem A.
Gabinius ab Dictatore Sylla miſ-
ſus, denunciatum: non placere Se-
natui, Murenam bellum cum re-
ge ſocio & amico gerere. Eidem
Gabinio mandatum, ut Mithrida-
tem & Ariobarzanem reges con-
ciliaret. Mithridates filium qua-
drimulum amicitiæ & pacis obſi-
dem Ariobarzani dedit; ſed ſub
pignoris hujus ſpecie præſidia, quæ
in Cappadocia habebat, retinuit.
Quare cum poſtea legatos ad fœ-
dus ſcribendum Romam miſiſſet;
675 97 Ariobarzanis interventu, queren-
tis non eſſe ſibi cum fide Cappa-
do-

Anno U. C. | a.C.N.

dociam restitutam, infecta re di-
missi sunt: Syllaque adhuc Dicta-
tor Cappadocia omni Mithrida-
tem decedere jussit; qui dicto pa-
ruit.

Cn. etiam Pompejus, eques tan- 674 80
tum Romanus, nullo adhuc magi-
stratu functus, necdum ætate se-
natoria, quippe XXIV. agens an-
num, inusitato exemplo de Africa
triumphavit; Magnusque a Sylla
compellatus fuit.

Sylla per biennium, & quod ex- 672 82
cedit, Dictaturam gessit. Ut ta- sqq sqq
men aliqua pristinæ reipublicæ
species esset, Consules eodem tem-
pore creare populo permisit: crea-
tique primo anno M. Tullius De- 673 81
cula, Cn. Cornelius Dolabella; al-
tero ipse Sylla II, Q. Cæcilius 674 80
Metellus Pius. Tertio dein Con-
sulatu, quem per adulationem ei
populus obtulerat, recusato; con-
tra opinionem & cum stupore o- 675 79
mnium ultro se Dictatura abdicavit,
& in Cumanum privatus concessit:
ubi sequenti anno obiit. 676 78

BIBLIOTH.
VNIV.
CRACOVIENSIS

Czacki
Sutporzewski

Kiep kurz z łaski
mocy

[illegible]

7

Liber

Szwedeska

1789 31 [illegible]

32 [illegible]

Biblioteka Jagiellońska
stdr0023275